diminutionem glorie ſue quam nullaten⁹
poterat habere ⁊ tamē inuidet hōi: Sap.2.
Inuidia diaboli ⁊c̄. Unde ⁊ generaliter po
teſt dici ꝙ inuidia eſt triſticia boni fraterni
ex defectu charitatis procedens. Pōt eti
am quo ad primum modum adeſſe pecca
tū: vt ſiqs occaſione timoris declinaret ad
aliquid ꝯ charitatē dei vel ꝓximi. B

Utrꝫ inuidia ſit peccatum. Rn̄. ſ3 Tho.
vbi.ſ. Inuidia prop̄e eſt triſticia d̄ bonis
alicui⁹ inq̄ꝫtū alī excedit ip̄m: ⁊ iſtud ſēp ē
prauum: vt ph̄s etiam dicit.2.ethi. qꝛ do
let de eo de quo eſt gaudendū.ſ. de bono ꝓ
ximi. Quod ſiquis doleat de bono pro
ximi: non quia habet: ſed quia ſibi deeſt n̄
erit innidia: ſꝫ çelus de quo hēs.ī. çelus.

Utrum inuidia ſit peccatū mortale. R⁹
ſ3 Tho. vbi.ſ. Inuidia ex ſuo genere ē pec
catū mortale: qꝛ ꝯriatur charitati que gau
det de bono ꝓximi: ſi tamen ſit imperfecta
ratio inuidie.ſ. in motu ſenſualitatis: ſic eſt
veniale peccatum.

## [Y]pocriſis

Utrum ſit pecca
tum: ⁊ quale ⁊ q̄n
do: habes infra ſimulatio: ⁊.ī. y
pocriſis in littera.y.

## Ra

Utrum ſit peccatum morta
le. Rndeo ſm Tho.2ª2ᵉ.q.
158. Motus ire poteſt eē inordina
tus dupl'r. A Nam vt habetur in ſū. de
vitijs. Ira eſt irrationabilis turbatio men
tis: vel inordinatus appetitus vindicte. B
Uno modo ex parte appetibilis: vtputa cū
quis appetit iniuſtam vindictam ⁊ ſit ex
genere ſuo ira eſt mortale peccatum: qꝛ cō
trariatur charitati ⁊ iuſticie. Pōt tamē cō
tingere ꝙ aliquis appetitus vindictē ꝓpt i
perfectionē actus: que quidem imperfectio
vel eſt ex parte appetentis: puta cum mot⁹
ire preuenit iudicium rationis: vel eſt ex p
te appetibilis: puta cum aliquis appetit in
aliquo modico ſe vindicaꝛ: ita ꝙ ſi actual'r
inferat non eſt mortale: puta ſi parum tra
hit aliquem puerum per capillos vl' aliqd
huiuſmodi. Alio modo pōt eſſe motus ire
inordinatus q̄ꝫtum ad modū iraſcendi: vt
puta ſi nimis ardenter iraſcatur interi⁹ vel
nimis manifeſtet exterius ſigna ire: ⁊ ſic ſ3
ſe ex ſuo genere non habet rationem pecca
ti mortalis. A qꝛ appetitus non eſt inor
dinatus ex parte mãe cum non appetat vin
dicta iniuſta: vt patet per eundem Tho. B

Pōt tn̄ cōtingere ꝙ ſit mortale: vt ſi ex ve
hementia ire quis excidat a dilectione pro
ximi vel dei. A Quattuor modis poteſt
quis hoc caſu a dei vel a proximi charitate
decidere. primo quando ex ira multuꝫ tur
baretur ꝯ deū: qꝛ ira ꝯriatur charitati que
includit in ſe patientiā ⁊ benignitatē. 1. ad
Cor. 13. 2° cum quis ex ira ageret aliqd re
putabilis ſcandali. Nam Matth. 18 dicit
Ue illi per quem ſcandalum venit. 3° ſi ex
ira decideret in odiū. Qui enim odit ſrem
ſuum homicida eſt. 1. Johis. 3. 4° ſi ira lon
go tpe teneatur ſm Aug. in homel' de igne
purgatorij: ⁊ di. 25. §. al' aūt. Et videt longū
tp̄s ſi perſeuerat p diē nālē: iuxta illud ad
Eph. 4. Sol non occidat ſuper iracundiā
veſtrā. ⁊ vī ſentire. Alex. de ales ſup. 2. ſñia
rum di. 39. q. 6. B. Et de hac mã vide. ī. pa
tientia. ⁊. ī. vindicatio.

## [I]rregularitas prio

de irregularitate homicidarum.
Omnes qui habuerūt officiū in vindicta
ſanguinis ſunt irregulares: vt dictum eſt. ſ.
homicidiū. 4. §. 1. ⁊ etiam ſm guil. ſi nō fu
erit ſecutus effectus: tamē in hoc caſu ſ3 eū
ep̄i pōt diſpenſare. A ⁊ cū illo ſil'r qui nō
ex offō ſed odio vel rancore operā dedit et
fecit qd̄ potuit vt occideret aliquē: ſed tn̄ nō
occidit nec mutilauit. Sed tn̄ talis indiget
diſpenſatione ſ3 eūdē Guil. vt in ſū. cō. li. 2
ti 1 q. 23. B. Nō aūt pōt ſi effect⁹ ſecutus ē
De his aūt qui interſūt vīdicte ſāguis: hēs
ſ. homicidiū. 4. § 4. A qui incipit: Utrꝫ
oēs ⁊c̄. B Quid de illo qui fuit ī pugna
vbi aliq interfecti ſūt: vide. ſ. homicidiū. 4
§. 6. A qui incipit: Quid ſi plures. B
Quid de illiſ qui iuris ignari çelo fidei
⁊ ꝓpter indulgentiam que dabatur attule
runt ligna ad cremandum hereticos: num
quid ſūt irregulares. Rndeo ſm Guil. Si
mã illa ē cooperata ad mortem irregulareſ
ſunt: nec diſpenſabitur cum eis niſi p papā
Si aūt non eſt cooperata: qꝛ iam forte mor
tui erant: vel añq̄ꝫ mã illa incēderetur mor
tui ſunt: non efficiuntur irregulares. A
Aut ſi indigent diſpenſatione ſufficit ep̄i di
ſpenſatio. ſm eū. Guil. ⁊ in ſū. con. eo. ti. q.
24. B Quod ſi dubitatur melius eſt te
nere certum ꝙ abſqꝫ diſpenſatione pape n̄
miniſtrent nec promoueāt: ex̄ de tēp. ordi.
ad aures. A Idem in. d. q. 24. B

jrregularitas

Quid ď illis clericis q cū alijs trahūt
ad manganellas: vnde aliquis ꝓbabiliter
creditur interfect⁹. ꝶn. ſm Guil. Melius eſt
tenere certū: vt in precedēn. § dictū eſt. A
Idē in ſum. con. eo. ti. q. 25. B

Quid de preſbytero qui miſit puerum
ad aquandū equū monēs vt caueret a flu-
mine: ⁊ tñ ſubmerſus eſt. ꝶn. ſm Hoſtien.
hunc preſbyterꝫ culpabileꝫ iudico ſicut et
diaconū qui non remouit falcē qua cinct⁹
erat cū ſcirei ludi conſuetudinem: extra de
homici. continebatur. ⁊ ſacerdotem q non
remouit cultellum a corrigia cū qua verbe
rabat famulum: extra de homici. ad audiē
tiam. ⁊ 50. di. clerico iaciente. A intellige
qñ de periculo pueri miſſi poterat rationa-
biliter dubitari: vt qꝛ erat infans: vt pꝫ i ſū.
con. eo. ti. q. 26. B Quid ſiquis ꝑcutit
mulierem pregnatem: vel dat ei venenum
vt faciat abortum: vide ſupra homicidiuꝫ
4. §. 5. A qui incipit: quid ſiquis percu-
tit. B An liceat clericis deponere coraꝫ
iudice ſeculari querelā de ſuis raptoribus
habes. ſ. homicidiū. 4. §. 2. A Et adde
ibi poſitis ꝙ ſi intentio deponentis q̄relam
erat: vt ad mortē rei dānarentur irregular
efficitur quibuſcūqꝫ verbis fuit intentio de
lata: lꝫ per eccleſiā non prohibeatur niſi ei
ꝯſtet per cōfeſſionē vel ꝓbationē ſm Ho-
ſti. ⁊ in ſū. con. eo. ti. q. 46. B

An liceat clerico furem capere ⁊ iudici
tradere. ꝶn. ſm Guil. Si aľ pōt res ſuaſ re
cuperare nō debet eū capere nec iudici tra
dere: ar. extra de homici. ſuſcepimuſ. ſi aūt
alr̄ res ſuaſ recuperare nō pōt: credo ꝙ nō
efficitur irregularis: dū tamē non ſit ei⁹ cor
rupta intentio. A Idem in ſum. con. eo.
ti. q. 47. B Sed hoc intelligere oꝫ ꝙ fi
at cū proteſtatione: vt. ſ. homicidiū. 4. §. 2
⁊ ꝙ non habuerit cā ſuſpicandi ꝙ hoc cō
contingere poterat: alſ ꝯ: vt ħ in ſequētib⁹
duobuſ. § di. A Hoc qď dicit in fi. iſti⁹
§. eſt nobilis limitatio ad id quod dicit. ſ.
homicidiū. 4. §. 2. B

Quid ſi clericus ſcribat ꝙ aliquis ca-
piatur ⁊ ex illa captione ſequitur mors vel
detrūcatio eius ipſo tñ ignorāte ⁊ factuꝫ et
cām. ꝶn. ſm Hoſti. videtur irregulariſ: qꝛ
debuit ſuſpicari hoc poſſe euenire. A Io
idē in ſum. con. d. q. 67. B

Quid ſi clamet aliquis latrones. ꝶn.
ſm Inno. Siue ſic clamet ſiue aliquid ali
ud agat per quod potuerit intelligere ꝙ ex
clamore vel actu ſuo poterat ſequi homici
dium irregularis eſt: niſi faceret propter ti
morē corporis ſui. Nam ſi timeret ꝙ aliqſ
vellet eū occidere bene poſſet clamare ꝓ au
xilio: qꝛ non intendit in alicuius mortem:
ſed in ſuam liberationē. Idē Hoſti. Et ad
dit: ſecus ſi clamaret ꝓ ſolis rebus. A Io
in ſum. con. e. ti. q. 48. B

Quid de illo clerico q cū latro ducere
tur capt⁹ dixit: claudite ei os ne clamet: nū
quid eſt irregularis ſi mors inde ſequatur
ꝶn. ſm Guil. Credo ꝙ ſic: qꝛ iuuit ducen
tes dando eiſ conſilium. A. qñ aľ forte fu
iſſet liberatus ratione ſuſpectionis loci: vt
in ſum. con. eo. ti. q. 55. B Et eodeꝫ mō
ſi querentibus malefactorem indicauit eū
niſi forte ignorauerit ⁊ ignorare rōnabilr
potuit neſciens ꝙ ad mortē quereret A
Idē in ſū. cō. e. ti. q. 56. B Qualr̄ epiſ po
teſt inuocare brachiū ſeculare: hēs. ſ. bel-
lū. 2°. §. 4. Et qualr̄ exequat ſi hꝫ iuriſdi-
tionē tpalē: vide. ſ. epˢ. §. 7. A qui inci-
pit: Epˢ qui in alieno. B

Quid ſi clicus cōmodat baliſtā: ⁊ ide
aliquis occiditur. ꝶn. ſi conceſſit i bello in
iuſto: nō eſt dubiū ꝙ irregularis ē: qꝛ da
bat operā rei illicite: extra de homici. c. ſi.
⁊ eodēmodo ſi bellum ſit iuſtū: qꝛ ars ſa-
gittandi prohibita eſt: extra de ſagitta. ar-
tem. Sed in bello iuſto enſem vel lanceam
miniſtrare non eſt prohibitū: tñ ois talis
ſm Guil. iudicād⁹ eſt irregularis: qꝛ cām
ꝓpinquā pſtat homicidio. A Cō. Ho.
vt in ſū. cō. e. ti. q. 51. B

Quid ſi clerici fauorē preſtāt ſuis pu-
b⁹ cōfortādo ꝙ ſecurius pugnēt: aut incu
tiēdo terrorē aduerſarijs. ꝶn. ſꝫ Inn. Si
bellū ē iniuſtū ⁊ mors inde fuit ſbſecuta ef
ficiūt irregulares: vt in. §. ꝓximo dictū ē.
A niſi irēt ad bellū iniuſtū cā pacificādi
vel alſ ex iuſta cā: dūmō dolus abſit ⁊ lata
negligentia ſm eundem Inno. ⁊ Hoſtiē.
vt in ſū. con. e. ti. q. 52. B Secus ſi iuſtuꝫ
Qualiter reſpondere debeat clericus cum
interrogatur de iudicio ſanguinis: hēs. ſ.
homicidium. 2. §. 1. ⁊. 2. ſ. epˢ. §. 8. A qui
incipit: Epˢ qui in aliquo. B

Utrū irregularitas homicidij tollatur
per baptiſmum. ꝶndeo ſic: ſed non illa bi
gamie: vt ſupra homicidium. 4. §. 1. in fine
De materia irregularitatis homicidij pla-

ra habentur ſupra homicidiū pmo et ſeqn
tibus.c.per totum.De irregularitate biga
mie ſupra bigamia per totum.De multiſ ir
regularitatibus in quibus ſolus papa diſ-
penſat hēs.ſ̄.diſpenſatio.§ 6. A qui in-
cipit:Diſpenſatio in multis. B ꝛ ſe.

## Iregularitas ſecun

do de illo qui exiſtens irregularis
miniſtrat.Ubi ſciendum ſm Guil.ꝙ irre
gularis celebrās nō ꝓpter hoc aliā irregu
gularitatē ꝯhit:alioqn totiens nouam irre
gularitatē ꝯheret quotiens celebraret:nec
etiā talis imo nec aliquis eſt iudicādꝰ irre-
gularis niſi inq̄ꜩtum inuenit iure expreſſuꝫ
extra de ſen.ex.is qui li.6. A Et in hoc
caſu videtur expreſſum.nā ois irregularis
eſt ſuſpenſus:vt ſtatim ſequitur:ꝛ notat in
ſū.con.li 3.ti.29.q.3.circa fi.Et ois ſuſpen
ſus vtens ordine a quo ē ſuſpenſus incur-
rit irregularitatē etiā papalem:extra de ſē.
ex.cum medicinalis li.6.Nam videtur ꝙ
lꝫ iam fuerit irregulariſ tamen poſſit nouū
vinculum irregularitatiſ incurrere:ita ꝙ ab
ſolutus ab vno remanet ligatus in alio:ſicͤ
ꝛ ꝺ excōicato hꝛ ꝛ notatur extra de ſen.ex
cōi.c.cū pro cā.ꝛ.c.officij.Aliſ ſequeretur ꝙ
ſi irregularis cōmitteret homicidiū:non in
curreret nouam irregularitatem contra id
quod habetur.50.di.ſiquis viduam. B
Sed tamen omnis irregularitas ſiue con-
tingat ex peccato ſiue non:impedit ordinis
executionem:qꝛ non exequi debet quis an
teq̄ꜩ diſpenſetur

Utrꝫ celebrans in peccato mortali fiat
irregularis.R̄n.ſm Inn.ꝛ Hoſti.lꝫ omis
qui eſt in peccato mortali dicatur eē ſuſpen
ſus quo ad ſe.ſ.qꝛ non dꝫ celebrare:nō tñ
ſi celebret incurrit ꝓpter hoc irregularitatē
nec poſt pniam indiget diſpenſatione:ni-
ſi ſit notoriū:ex̄ de tēp.or.queſitū. A Naꝫ
notorius peccator etiā poſt pñiam non hꝫ
ordinis executionē niſi diſpenſetur per epi
ſcopū,in caſibus pape ſpālr nō reſeruatis:
dūmō ante diſpēſationē nō celebrauerit di
uina:alr nō poſſet diſpenſari niſi per papā
ſm Hoſti.ꝛ nōtur in ſū.con.dicta.q.3.ad
fi B et eodē mō dicendū de quocunq̄ꜩ q
celebrat ſolū poſt ſimplicem prohibitionē
A facit dictum.c.queſitum.ꝛ quod notat
in dicta.q.3. B

Utrū clericus in minoribꝰ exñs ſi ex
cōicatus legat epl'am ſine ſolēnitate fiat ir-
regularis.R̄n.ſꝫ Guil.Credo ꝙ nō:tū qa
ſine ſolēnitate hoc facit:tū etiam qꝛ a laicis
qñq̄ꜩ legūtur eplē de cōſuetudine:tum qa
etiam in illis.c.xi.q.3.ſiquis epꝰs.pmo ꝛ 2°
nō ſit intentio niſi de epō pſb̄ro ꝛ diacono
Immo ēt ſi ſacerdos vel diaconuſ talr ſine
ſolēnitate legat eplaꝫ:ñ credo ipꝫ pp hoc i
currere irregularitatē:cū pene non ſint ex
tendende ſed reſtringende. A Idē in ſū.
con.li.3.ti.29.q.7. B

Utrꝫ clericus qui in excōicatione cum ſo
lēnitate miniſtrat fiat irregularis.R̄n.ſm
Guil.Si eſt in minoribꝰ:credo ꝙ non cū
duo capl'a.xj.q.3.ſiquis epꝰs.i.ꝛ.2.nō lo-
quantur de eis ſed de epō pſb̄ro ꝛ diaco-
nos ꝺ qbus ſi miſtrent in ſuis officijs nō ē
dubiū qꝛ irregulares efficiūtur:extra ꝺ cle.
ex.mi.latores.et idē intelligo de ſubdiaco
no:cum hodie in multis parificetur diaco
no:extra de eta.et quali.a multis. A .i.
computetur inter ordines ſacros vt ibi:qꝰ
vero ad ordines minores dicit idē Guil.
ꝙ et ſi clericus hoc caſu incurrat irregula-
ritatem putat ꝙ epiſcopus poſſet diſpen-
ſare cum hoc non inueniatur ei ꝓhibitum
Sed Hoſti.ſentit ꝙ talis oio incurrat irre
gularitateꝫ:per.c.cū medicinalis:extra de
ſen.ex.li.6.vt in ſū.cō.eo.ti.q.8.ꝛ ſic ſentit
ꝙ non poſſit diſpenſari niſi per papaꝫ.Sic
enim loquitur dictū.c.cū medicinalis.Re
cipiens autem ordines etiam minores in
maiori excōicatione incurrit irregularita-
tem indiſpenſabilem niſi per papam:vt in
c.cum illorū de ſen.ex.vbi non diſtinguit
inter ordines maiores ꝛ minores:ſꝫ guil.
du.ꝛ notatur in dicta.q.8.Recipiens autē
ordines in minori excōicatione non incur
rit irregularitatem ſm glo.Ray.cum non
ſit expreſſum:addens ꝙ talis ſiue ſit irregu
laris:ſiue non:poteſt per epiſcopuꝫ diſpē
ſari:cum non ſit ei inhibitum:vt in ſum.
con.eo.ti.q.9. B Utrꝫ excōicatꝰ baptiçā-
do fiat irregularis habetur.ſ̄.excommuni
catio pmo circa fi.

## Ronia

Utrū ironia.ſ.cū quiſ
minora dicit de ſe ſit
peccatum ꝛ quale.R̄n.ſm Tho.2ª
2ᵉ.q.iij.Miora ꝺ ſe dicē pōt ꝯtigē dupli:
Uno modo ſalua veritate dum.ſ.aliqs ma
iora que ſunt in eo reticet:ꝛ quedam miora

ꝓfert ⁊ hoc nõ pertinet ad ironiã: nec ẽ pec
catū ſm genus ſuū. Alio mõ dicit qs mi
nora declinãdo a ꝟitate: puta cū aſſerit de
ſe aliqd vile qd̃ in ſe nõ recognoſcit: aut cū
negat aliqd magnū qd̃ tñ ꝑcipit in ſeipo eſ
ſe: ⁊ ſic pertinet ad ironiã: ⁊ ẽ ſemꝑ peccatū
Nulla. n. cã mẽtiendū eſt. 22. q. 2. cū humi
litatis cã mentiris, ſi non eras peccator mẽ
tiendo efficieris.

Jronia ſm phm qñq̧ iactãtia ẽ quod
Tho. vbi. s̄. ſic exponit dicens: q̄ duplex ẽ
excellẽtia. Una in tꝑalibus: alia in ſpũali
bus. Cõtingit aũt qñq̧ q̄ aliq ꝑ exteriora
ſigna ⁊ per ꝟba ꝓtendũt quidẽ defectū in
exteriorib⁹ reb⁹: puta ꝑ aliquã veſtẽ abie
ctã: ſed per hoc ipm intendũt oſtentare ali
quã excellentiã ſpũalem. Unde ſimul icur
rũt viciū ironie ⁊ iactantie: de qua dictum
eſt. s̄. iactantia.

## Jſtrio

vide ſupra hiſtrio in lit
tera. h.

## Judeus Primo

cõiter
iudei
dicũt q legẽ Moſaicã ad lrãm te
nent: ſic dicti a noĩe ꝓncipalis trib⁹. ſ. Jude
q ẽt ꝓus hebrei dicebãt ab heber: cuius fa
milia cultū dei tenuit ceteris idolatria feda
tis. hec Ray. ⁊ Hoſt. A Jdeʒ in ſū. con.
li. i. ti. 4. q. i. B

Quõ xp̄iani ſe debẽt hr̃e circa iudeos
ꝑm ſʒ Ray. non debẽt cū eis comedẽ aut
eos ad cõuiuia nec cū eis cohitare. A Jõ
dicũt Ray. Lau. Jo. Jnn. ⁊ Goff. ẽt d̃ ſa
racenis: q2 ⁊ illi hodie iudaiçãt. Uñ eadem
ẽ cã ꝓhibitiõis. Euntes tñ ad predicandū
ſaracenis: cibis eoꝝ vti pñt ſm tꝑa liciꝫ: dū
mõ non, de his q̃ fuerũt idolis immolata.
Jn extrema tñ neceſſitate vti pñt idolotico
dūmõ non in veneratione idoli: vt in ſum.
con. c. ti. q. 5. B Jtẽ infirmi xp̄iani nõ de
bent in ſuis infirmitatibus vocare iudeos:
nec ab eis recipe medicinas: nec ſe cū eis in
eiſdem balneis balneare. 28. q. i. nullus. et
c. oẽs. Jtẽ non debẽt ꝑmitti inter xp̄ianos
hr̃e officia publica: ne occaſionẽ habeant
ſeuiendi: di. 54. nulla. i7. q. 4. ꝯſtituit. Qd̃
ſi iudeus talia officia receperit: d̃bʒ ei nega
ri xp̄ianorum cõio: donec quicquid acce
perit rõne officij ſm prouidentiam dioceſa
ni conuertatur in vſus pauperuʒ. A. ſ.
xp̄ianoꝝ: vt in. c cum ſit. extra eo. B et
ipſe officium dimittat, ſ, cum pudore quod

irreuerẽter aſſumpſit. Et idem etiam obti
net in paganis dicto. c. cum ſit. Dicit tamẽ
Hoſtien. q̄ lʒ iudeus in publicis officijs
poni non poſſit: poteſt tamen dñs reddit⁹
ſuos iudeo vendere: deputato cuſtode xp̄i
ano honeſto ⁊ nõ ſuſpecto: a quo iudei red
ditus accipiant: ita q̄ per hoc xp̄iani ⁊ cle
rici a iudeis non grauentur: extra eo. ex ſpe
ciali. ⁊ notatur in. d. q. 5. B et intelligitur
ſm Tho. quo ad dignitates de nouo acqui
ſitas: ſecus de dominio preexiſtenti: quia il
lud qñq̧ tolerat eccleſia propter ſcandalū
vitandum: lʒ ordinaria auctoritate tolle
re poſſit ſicut tollit in ſeruis. A. ſ. xp̄ianiſ
vel qui volunt fieri xp̄iani a qbus tollit ius
ſeruitutis reſpectu iudeorum: vt in. c. ſi. ex
tra eo. et quicquid hic dicatur tex. preallé
gati generaliter prohibent officia publica
iudeis et paganis: cum nimis ſit abſurdū
vt blaſphemus xp̄i in xp̄ianos vim ptãtis
exerceat. d. c. cum ſit. nec tolerantia eccleſie
excuſat quod de ſe illicitum eſt. 4. di. deni
q̧. ⁊ ibi glo. ſuper verbo venia. B Jtem
null⁹ poteſt iudeorum congregationi ſeu
alicui iudeo vel pagano aliquid relinque
re in teſtamento: et ſi fecerit etiam poſt mor
tem iudicabitur anathema: extra de heret
ſiquis eps. 24. q. 2. ſane. 2. A Hoſti. dicit
q̄ vniuerſitati iudeorum legari non poteſt
C. e. l. i. ſed ſingulis forte ſic ſm Azo. Sed
clerico non licet etiam ſi iudeus frater eius
ſit: tamen eos paſcere licet: vt in. d. q. 5. B
et videtur intelligendum ſʒ Guil niſi lega
ret ad ſuccurrendum neceſſitati. A Jdẽ
Guil. dicit: vt pʒ in prefata. q. 5. Credo q̄
ſiue ſit clericus ſiue laicus ſi daret vel lega
ret aliquid talibus: ⁊ maxime conſanguie
is non ad ditandum: ſed ad ſuccurrendū
extreme vel multum arte neceſſitati non eſ
ſet puniendus. Dictum tamen Hoſti. vide
tur probabilius per dictum. c. ſiqs eps. B
Jtem non debet iudeis permitti nouaſ exi
gere ſynagogas: ſed antiquas reficere: dū
tamen non ampliores vel precioſiores ſoli
to. Ritus autem et ſolẽnitates ſuas ſunt ꝑ
mittendi ſeruare: extra eo. iudei. ⁊. c. conſu
luit. Jtem in diebus lamentationis ⁊ domi
nice paſſionis non debẽt in publicum ꝓdi
re: extra eo. in nonnullis. A forte idem
eſſet ſi ecclia limitaret pro aliquo cõi infor
tunio xp̄ianitatis ſm gl. Ray. ⁊ in dicta. q
5. B Quin etiam in die paraſceue no

Iudeꝰ.

debent habere oſtia uel feneſtras apertas
ex̄ eo. quia ſuper his. Item cogendi ſunt ta
lem habitum cōmunē deferre ꝙ manifeſte
ab aliis diſtinguantur: ex̄ eo. in nonnullis
Item cogendi ſunt ad decimas: vt. ſ. deci
me 2°. §. 2. Itē cogendi ſunt xp̄ianos teſtes
recipere cōtra ſe: ſed iudeus nō poteſt ferre
teſtimonium cōtra xp̄ianum: ex̄ de teſti. iu
dei. A Ibi dicit p̄muni: ſcd̄z notatur i
glo. B. Iudeis permittitur agē ꝛ conuenire
apud iudices nr̄os: ſed nō apud ſeniores
eoruz. Arbitrū ēt poſſunt eligere iudeum
cuius ſniam ordinarius exeq̄tur. C. eo. ii.
iudei romano. Item in ſabbatis ſuis ñ de
bēt trahi ad iudicia: nec ipſi alios trahere
ſʒ nec in aliis feſtiuitatibꝰ ſuis debēt turba
ri. A. niſi in locis ſuis fecerint ſignum xp̄i
vl aliud i cōtēptū xp̄iane legi: vt. C. e. l. i iu
deos. B. nec ſepulchra coruz obētu forte
pecunie effodi: vt. C. eo. ti. die ſabbato. ex̄
eo. ſicut iudei. §. 1. ꝛ 2. A. Nō etiā ꝙ ꝛ ſi iu
deorum vel ſaracenorū filii vl̄ alii ad fidē
cōuertantur debēt hēre portōem ſue he
reditatis: ex̄ eo. iudei. 2. ꝛ in dicta. q. 5. B.
De iudeorū ſeruis iudeis vel xp̄ianis hēt
ſ. iudeus. 2. per totum. Silr ꝛ de nutricibꝰ
infantium iudeorum.

Que ſit pena participātiū cum iudeis
contra caſus nunc dictos. Rñ. ſm Ray.
Si ſint clerici ꝛ admoniti ſatiſfacere ꝛ emē
dare nolunt debent priuari officio ꝛ benefi
cio. Si laici ſunt: vtputa principes q nolūt
exequi predicta: ſiue alii qui aliquod impe
dimentum afferunt. A. ſiue quicūq alii
contrafacientes: vt in iuribꝰ allegatis B.
ꝛ admoniti non ſatiſfecerint debent excō
municari. 28. q. 1. nullus. Si vero ſunt iudei
tamdiu ſunt xp̄iani ab illorum cōmunio
ne ꝛ cōmercio ſeparādi ſub pena excōmuni
cationis donec illi emendauerint ꝛ ſatiſfe
cerint vt oportet: ex̄ eo. ꝛ ſi iudeos in fi. ꝛ ex
tra de decimis de terris. ꝛ extra de vſuris. cū
tu. A. Melius eo. ti. poſt miſerabilem.
Quandoq etiam puniuntur pena ſangui
nis ꝛ mortis: vt ſi impugnarent fidem xp̄i
C. de iudeis. l. fi. vbi dicitur: Cernat iudeus
bona ſua proſcripta mox pene ſanguinis ꝺ
ſtinandus qui fidem alterius expugnaue
rit peruerſa doctrina. Item ſi impedier i vo
lentem conuerti. C. eo. l. iudeis. vbi dicitur
Iudeis ꝛ maioribus eorum ꝛ patriarchis
volumus intimari: ꝙ ſiquis poſt hāc legez
aliquem qui eorum feralem effugerit ſectā
ꝛ ad dei cultum reſpexerit ſaxis vel alio fu
roris genere: quod nunc fieri cognouimus
auſus fuerit attentare: mox flammis deden
dus eſt: ꝛ cum omnibus ſuis participibus
concremandus. B

Quid fiet de iudeis vel aliis xp̄z blaſphe
mantibus. Rñ. ſm Hoſti. Omnis talis ſm
leges decapitatur etiaʒ chriſtianus. Unde
principes ſeculares iudeos xp̄m blaſphe
mantes grauiter punire debent ſiue pena
pecuniaria ſiue etiā grauiori: ex̄ eo. c. i. in nō
nullis in fi. A. Idē in ſū. con. eo. ti. q. 6.
Sed i. c. nōnullis. aliud quo ad hoc ñ dr̄
niſi ꝙ cō digna aiaduerſione debēt cōpel
li. Sʒ de pena pecuniaria dr̄ in. c. ſtatuimꝰ
ex̄ de maledi. vbi etiam nōt dñs An. de bu.
ꝙ ſilr etiā p̄ncipes debēt eos punire pena
vltimi ſupplicii. i. mortis. B. De xp̄ianis blaſ
phemantibꝰ vide ĩ. maledictio. An liceat
xp̄ianis cōicare cū iudeis vel aliis infide
libus hr̄. ſ. infidelis. §. 1. ꝛ h̄ ſ. §. 2. Contra
aūt xp̄ianos qui ſūt iudei ꝓcedēdū ē ſicut
ꝯtra hereticos: vt ſupra hereticꝰ 2. §. 22°. q
icipit: Cōtra xp̄ianos.

Utrū liceat dñis terraruʒ exactōem fa
cere in iudeos. Rꝰ ſm Tho. in q̄dam litera
ad duciſſam Lothoringie: Quāuis ſicut iu
ra dicūt iudei merito ſue culpe ſunt ſint
addicti: ꝛ ſic eorū res dñi poſſint accipere
tanq̄ ſuas: ita tñ vt non ſubtrahātur neceſ
ſaria vite: quia tñ oportet nos ābulare ho
neſte etiā ad eos q foris ſunt ne nomen dñi
blaſphemetur: hoc obſeruādum eſt vt exa
ctōibus quas facere non conſueuerunt. A
ideſt non ſoluere: vl̄ conſueuerunt facere. ſ.
p̄deceſſores dñorū: vt pʒ p eūdem: ꝛ in ſū.
con. eo. ti. q. 9. B: nullatenus p̄grauētur: ſʒ
ad conſueta cogi poſſunt.

Quid ſi iudei nihil habent niſi vſuras
cui reſtituētur ea que male accepta fuerunt
ab eis. Rꝰ ſm Tho. in p̄dicta littera: Cum
ea que iudei p vſurā extorſerūt: nō poſſint
licite retinere: ꝯñs ē vt ſi vos illa ab eis rece
peretis: nec vos licite retinere poteſtis: niſi
forſitan eſſent talia q̄ a vobis vel anteceſſori
bus veſtris hactenꝰ extorſiſſent. Siqua vo
habēt q̄ extorſerunt ab aliis debent reſtitui
illis quibus iudei tenebātur reſtituere ſi in
ueniuntur: alioqn in pios vſus ſm cōſiliū
dioceſani ꝛ aliorum ꝓborum: vel in cōmu
nem vtilitatem terre ſi neceſſe eſt: nec eſſet

illicitũ ſi vos ꝺ nouo exigeretis talia a iude is ſeruata tamẽ conſuetudine predeceſſoꝝ veſtroꝝ hac intentione vt in pios expendã tur vſus. A Idem in ſum.con.eo.ti.q. io. Et iſta conſuetudo attendenda eſt i exa/ ctione: non aute in vſurarũ reſtõne ad quã preciſe ꝛ oio per ꝑncipes cõpelli debẽt q̃/ cunq; conſuetudine non obſtante: extra de vſuri.p⁹ miſerabilẽ.ꝛ in cle.ex gui eo.ti. B

Utrũ iudeus q nihil hȝ preter vſuras poſſit puniri pecuniariter. R° ſm Tho. vbi ſ. dicẽdũ ꝙ expedit oẽs pecuniariter puiri ne ex ſua iniquitate commodũ reportent ꝛ maiori pena q̃ quicunq; alius non vſura/ rius in ſimili caſu quanto pecunia que eis auffertur minus ad eos pertinet. Põt etiã ſuperaddi ꝛ alia pena ne ad penã ſufficẽ vi deatur ꝙ pecuniam aliis debitam deſinũt poſſidere: pecunia tñ pene nomine ab eis ablata retineri non põt: ſed debet de ea fieri ſicut in precedenti.§. dictum ẽ. A Idem in ſum.con.eo.ti.q.xj. Et additur ſm eũdẽ Si vero dicatur ꝙ ex hoc principes terraꝝ dãnificant: hoc damnũ ſibi imputent: vtpo te ex coꝝ negligẽtia prouenieus. Melius.n. eẽt vt iudeos laborare ad ꝓprium victum lucrandum compellerent q̃ vt ocioſe viuẽ tes de ſolis vſuris ditentur: ꝛ ſic eoꝝ dñi de ſuis redditibus fraudẽtur. Ita enim et per ſuam culpam princeps defraudaretur redditibus ſuis ſi ꝑmitteret ſubditos ſuos ex ſuo latrocinio vel furto lucrari: tenẽt.n. reſtituere qcqd ab eis exigeret. B

Utrũ liceat recipere donũ vel preciũ la boris ꝛ huiuſmodi a iudeis vſurariis. R° ſm Guil. ſi iudeus habȝ aliquid aliud q̃ vſuras: poteſt accipi ab eo. A verum ẽ ni ſi ipſi vſurarii ſunt nõ ſoluẽdo vel ex h° red dant impotentes ad reſtituendum: vt infra vſura.6.§ vtrũ dona. de quo in ſe.§. B Si vero nihil habet preter vſuras: tũc aut recipiens certat de dãno ſuo vitando: ꝛ ſic accipiendo non peccat ſicut qui a fure vel a raptore dãnificatus eſt: vtputa per incẽdia ꝛ huiuſmodi nõ peccaret ſi recuperaret ab eo damnum ſuũ: licet ipſe fur vel raptor ni hil haberet niſi qꝺ eẽt queſitum ex furto vl rapina: dũ tñ non reciperet pro dãno ſuo i ſpe ipſas res alienas. Addit Tho. in epiſto/ la ad duciſſam dicens ꝙ ſi iudeus vltro cõ ferat pecuniam vel encenium: expedit reci pere: vt pecunia ſic recepta reddatur hiſ q

bus de iure debetur ſeu aliis: vt dcm̃ ẽ.ſ.§. 8. A Idẽ in ſũ.con.li.i.ti.4.q.ii. B Utrũ dona et elemoſyna data ab vſurario poſſint recipi: vide.j.vſura p°.§.ii. qui inci pit: vtrum dona.

Quid ſi iudei occupant totam aliquaȝ parochiam emendo que a xpianis ſolebãt poſſideri: nunquid poſſit eccl'ia hac occaſi ſione petere aliquid ab eis. R° petere põt ꝛ ſoluere tenentur decimas prediales ꝛ oẽs cenſus ſiue preſtationes ſiue oblationes re ales quas xpiani de domibus ꝛ poſſeſſioni bus ſoluere tenebãtur: extra de vſuris quã to. ſed ſecus de decimis ſeu oblatõib⁹ ꝑſo ſonalibus vt dcm̃ ẽ.ſ. decime 2°.§.2.

Azima iudeoꝝ in neceſſitate põt emi ꝛ ꝛ comedi ſm Guil. A Idem in ſum con. li.3.ti.33.q.125. Sine neceſſitate autẽ h° ꝓ hibetur ſub pena depoſitionis q̃tuȝ ad cle/ ricos: ꝛ excõicatõis q̃tum ad laicos.28.q prima nullus. B Quõ iudeus compella tur reſtituere vſuras.j. vſura ꝑmo.§.ſi.

## Iudeus ſecundo

Quo ad ſeruos ꝛ ſeruientes iudeis. Quid er/ go de ſeruo iudei ſi vult fieri xpian⁹. R° ſm Ray. Si ſeru⁹ eſt vernaculus.i. de eius an/ cilla natus: ꝛ velit fieri xpianus ſtatim eripi tur in libertatẽ nullo precio dato. C. ꝺ epi. ꝛ cle.l. deo nobis.§. is ita. A Ibi dicitur Iubemus vt nullus iudeus vel pagan⁹ vel hereric⁹ xpianos ſeruos hẽat ꝙ ſi inuenti i tali reatu fuerint: ſãcimus ſeruos omnibus modis liberos eſſe. Ibi etiam dicitur ꝙ ſer ui iudeorum paganorum vel hereticoruȝ q voluerint ad catholicam fidem venire fo/ ueantur ꝛ defendantur per rectores ſpiritu ales ꝛ temporales: ꝛ poſtq̃ fuerint eccleſie catholice aſſociati omnibus modis liberi remaneant: nec redigantur iterum in ſerui tutem etiam ſi eorum domini poſtea ad fi/ dem catholicam conuertantur. Et ſubdit: Contẽptores huius legis non ſoluȝ pecũi/ aria mulcta: ſed etiam capitis ſupplicio pu nientur. B ꝛ ar. di.54. fraternitatem. Iꝺ ſi ſeruus fuit emptus qui erat xpianus: diſ. 54. mancipia. vel eẽ volebat: qꝛ tales non li cet iudeo emere vel in ſeruos tenere. Idem ſi ſeruus emptus erat paganus: ꝛ fuit emp tus cauſa ſeruiẽdi: ꝛ tunc vult fieri xpian⁹ vt in dicto.c. fraternitatem. Item idem ſi

emit eum cauſa mercimonij: puta vt vende
ret eū alteri ⁊ non expoſuit eum venalem i
fra tres menſes: quia preſumitur ꝙ ad ſer
uiendum emerit. Si vero expoſuit eum ve
nalem infra tres menſes: ⁊ non ſtetit per eū
quo minus vendiderit: ⁊ ipſe vult fieri xpi
anus infra illud ſpacium vel etiam poſt: li
berabitur dato precio. 12. ſolidorum ab ali
quo chriſtiano: vt in. c. fraternitatē. ⁊ extra
e. c. 1. ⁊. 2. ⁊ vl. A in dicto. c. vl. ſic dicit: Nul
li iudeo baptiçatū vel baptiçari volētē eme
re liceat vel in ſuo ſeruitio retinere. Quod
ſi quem nondū conuerſum ad fidem cauſa
mercimonij emerit ⁊ poſtmodū factus ſit
vel fieri deſideret xpianus datis pro eo. 12.
ſolidis ab illius protinus ſeruitio ſubtraha
tur. Si autem infra tres menſes ipm vena
lem non expoſuit vel ad ſibi ſeruiendū emit
eundem nec ipſe vendere: nec audeat alius
comparare: ſed nullo dato precio perduca
tur ad premia libertatis. B Et erūt illi
12 ſolidi vſualis monete illius loci: ex. ō ma
ledi. ſtatuimus. A Alij dicunt cum qui
bus ſentit Goff. ꝙ hic ſolidus capitur pro
aureo: vt in Inſti. de pe. te. liti. § fi. vbi nōt
glo. ꝙ in legibus capitur ſolidus ꝓ aureo
⁊ ꝙ. 70. aurei faciunt librā auri. Alij dicūt
cum quibus ſentit Ray. ꝙ capitur pro ſoli
do vſualis monete. ff. de lega. 3°. l. nummis
vbi dicitur ꝙ in legato nummorum in du
bio intelligitur minor moneta. Predicta
etiam notantur in ſum. con. li. 1. ti. 4. q. 16.
ad fi. Et pro dicto Ray. facit. c. cum ſint. ⁊
. c. odia. de regu. iur. li. 6. B Et hoc intel
lige niſi dominus eum volentem circūcide
ret: vel alterius ſecte ſignaculum imprime
ret. A . ſ. cum diceret ſe velle xpianum fie
ri. d. q. 16. vbi etiam notantur hec. Et addi
tur ſm Ray. ꝙ idem dicendum eſt ꝑ omīa
de ſeruis ſaracenorum. Con. Lau. ⁊ Inn.
Idem enim vt dicunt periculū eſt in vtriſ
ꝗ. Et quod dicitur ad Eph. 6. ⁊ 1. Pe. 2.
Serui obedite dominis veſtris carnalibus
dicunt intelligi debere ſm ſtatum primitiue
eccle. Sed Hoſti. dicit ꝙ hoc debet intel
ligi de his qui ſeruiunt in gleba ⁊ nō domi
extra de cenſi. omnis. Melius facit extra
e. c. 2. In dicta. q. 16. dicitur ſʒ Ray. ꝙ ſer
ui hereticorum impune poſſunt dominos
relinquere ⁊ ad eccliam confugere. C. de he
reti. l. manicheos. B Tūc. n. ꝓpter iniu
riam corporis ſine precio liberabitur: diſ.

54. nulla. Idem Goff.

Sed nunquid iſte redemptus erit ſer
uus redimentis. Rndeo ſm Ray. non: ſed
erit liber. A . ſ. ſoluto precio. Per prius
autem remanet ſeruus qn̄ redemptus ē ad
ſeruiendū: extra eo. c. 1. Et ad hoc fac. § do
minus. ſ. allatus. B Et reſtituet ei preciū
ar. Inſti. de noxa. acti. §. dn̄s. Et ſi non ha
bet preciū querat mendicando vel ſeruiat
ei tantū ꝙ ſeruitium compenſetur cū ꝓcio
⁊ poſtea eat quo vult: arg. 36. q. 6. de rapto
ribus. A Tempus ſeruiendi poteſt eſſe
de quinquennio ad inſtar eiꝰ q redēptus ē
ab hoſtibus: vt. l. fi. C. ō poſtli. reuer. ab ho
ſti. vel erit ad ad arbitriū boni viri ſʒ Ray.
⁊ in ſū. con. eo. ti. q. 17. B Et hoc intelli
ge niſi cauſa pietatis emptus fuerit: tūc eni
non tenetur aliquid reddere vel ſeruire: qa
qō pietate datur prohibet ius ne repetatur
⁊ ſic dediſſe preſumitur niſi contrarium fue
rit proteſtatus. ff. de reli. ⁊ ſump. fu. l. at ſigl
§. ſed interdum. A Ibi dicitur ꝙ quis ꝓ
teſtari debet de intentione ſua: ne videatur
cauſa pietatis gratuite egiſſe ſumptus fune
ris. Et ibi glo. dicit: Nota ꝙ atteſtatio pro
bat volūtatis noſtre ſniaz. Et ꝓdeſt hoc no
tare in matrimonio cum quis primo pro
teſtatus eſt ſe n̄ deſponſare cā mrimonij: ſʒ
alia de cauſa. B Cō. Gof. ⁊ Hoſt. A
Idem in dicta q. 17. B

Quid ſi nullus emptor apparet. Rꝰ ſm
Ber. Nihilominus erit liber: ⁊ oſtiatim q̄
rat precium aut operas preſtet: vt in prece
denti. §. dictum eſt. ff. de manumiſ. l. 4. A
Ibi dicitur ꝙ ſeruus redēptus ſuis nūmiſ
cōſequit libertatem. Et dicūt nummi ſui: ſi
ſūt ex aduenticio lucro ſiue ex donatōe ami
ci ſiue ex eius peculio: qō etiam ad venditi
onem pertinet. Et predicta notat glo. in. c.
1. extra eo. B

Quid ſi plures ſint qui velint emē. Rnꝰ
ſm Goff. Epus loci eligat magis idoneū
ff. de accu. l. ſi plures. vel ſi ſunt pares q̄ti
cet epiſcopus cui velit: ar. extra de iure pa
tro. cum autem. Idem Hoſti. A Idē in
ſum. con. eo. ti. q. 18. B

Utrū aliquo mō licitū ſit xpianis ꝙ ſer
uiant iudeis. Rndeo ſm Hoſti. Cū ꝓhibi
ſit ꝙ nullum mancipium xpianum ſerui
at iudeis: multo minus xpiani liberi eis ſer
uire debent. Non enim debent eſſe aſſidue
intra domum iudei: nʒ tāꝗ familia aut ob

metrix. At ſi ipſi xp̄ani ab eis diſcedere no-
lunt debēt excōicari: extra eo. iudei. 2. c. ad
hoc. 2. c. 2. ſi iudeos. Si aūt iudei nolūt eoſ
dimittere ꝓhibetur iudeis cōmerciū cum
eis: vt in. d. c. 2 ſi iudeos in fi. Sʒ ex̄ domū
poſſūt eis ſeruitia fieri. vnde pn̄t h̄re xp̄ia-
nos colonos: ex̄. e. multoꝝ. A Cō. Ray.
vt in ſū. con. eo. ti. q. 21. vbi ēt dī: Nadem te-
neas de ſaracenis. B

Utꝝ xp̄ianus poſſit emere vel h̄re ſeruū
iudeū. R° ſʒ Ray. 2 Goſ. ſic ex̄ e. c. 2 ſi iu-
deos. 23. q. 8. diſpar. ñ tñ dʒ cū eo morari:
ita q̄ h̄eat eū tāq̄ familiarē. 28. q. 1. c. ſepe.
2. c. nullus. Et ſi voluerit fieri xp̄ianus non
poteſt eum dominus ꝓhibere. 19. q. 2. due
ſunt. Idem Hoſtien. A Idem in ſū. cō.
eo. ti. q. 19. B

Sed nūquid iude⁹ q̄ ē ſeruus xp̄iani
ſi baptiçet fiat liber. R° ſm Ray. non: ſʒ re
manet ſeruus: q2 ſeruitus introducta eſt de
iure diuino. 35. di. ſexto die. 2 ꝑ ius gentiū
di. 1. ius gentiū. 2 iure canonico confirma-
ta. 12. q. 2. eccleſiaꝝ. Con. Goſ. 2 Hoſti. Ad
dit Ray. q̄ vbi de bona conſuetudine non
ſolent xp̄iani eē ſerui: cōſulerem q̄ in r̄miſ
ſionē peccatoꝝ dn̄s manumitteret eū: vel
ſaltem de pecunia mendicata vel ſeruitio
ad tp̄s preſtito ſm arbitriū boni viri redi-
meret ſe. 12. q. 2. cū redemptor. A Idē in
ſum con. eo. ti. q. 20. B

## Iudeus tertio de cōuerſiōe iudeoꝝ

Ubi ſciendū q̄ iudei 2 ceteri infide
les non debent ad fidem compelli aſperita
tibus: ſed potius debēt induci auctoritati-
bus rationibus 2 dulcibus v̄bis. Naʒ co
acta ſeruitia non placēt deo. 45. diſ. qui ſin
cera. 2. c. de iudeis. Si tñ conditionalr coa
cti: puta ꝑ minas vel reꝝ ſuaꝝ ablationem
vel per verbera 2 h⁹i baptiſmū ſuſceperūt
2 poſtea receſſerūt a fide compellendi ſunt
redire ne nomē dn̄i blaſphemetur: 2 fides
contēptibilis habeatur: vt in predicto. c. de
iudeis. Si v̄o fuerūt abſolute coacti: vt ſi
per violentiā in aquam merſi ſūt non reci-
piunt baptiſmū: ex de baptiſ. maiores. Cō
Tho. 2ª 2ᵉ. q. 10. 2 etiā Hoſti. Addit Ray.
q̄ tales infideles poſſūt trahi mūeribus 2
ꝓmiſſis. Et intelligendū ſm guil. non q̄ li
ceat aliquid dare pro fide ſuſcipienda: ſed
ſi aliquis infidelis timeret paupertatē ſi ba-
ptiçaretur poſſet illud obſtaculū ab eo tolli
qui ſciret eius propoſitū. De hac materia
plenius infra munus. §. 2°. Poſſūt etiam
ſm Ray. induci per grauiorem exactionē
penſionū faciendā in principio locatōiſ. 23
q. 4. dʒ hō. 2. q. 8. iā v̄o. A Idē in ſum.
con. li. 1. ti. 4. q. 3. B

Utꝝ pueri iudeoꝝ 2 infideliū inuitiſ pa
rentibus ſint baptiçandi. R° ſm Tho. 2ª 2ᵉ
q. 10. Non lʒ: ſed qñ ad annos diſcretioniſ
ꝑuenerint poſſunt fidē ſuſcipere etiā paren
tibus inuitis. A Idē in ſū. con. e. li. ti. 4.
q. 4. B Cō. Guil. dicēs q̄ nec licʒ nutri
cibus occulte baptiçare ꝑuulos iudeorū
ſi tñ in articulo mortis paruuloꝝ hoc face
rent non credo q̄ peccarent.

Quid fiet de poſſeſſionibus 2 boniſ iu
deoꝝ: 2 alioꝝ infideliū ad fidē conuerſoꝝ
R° ſm Ray. Non debēt ab eis excludi: ex
tra eo. iudei. 2° niſi ſint vſuraria vel de vſu-
ra empta: q2 vendenda 2 reſtituenda ſūt il-
lis a quibus ſūt accepta vel heredibus eoꝝ
Qđ ſi nō inueniūt poterūt ſic conuerſis tā
q̄ pauperibus per ep̄m aſſignari.

Que pena iudeoꝝ qui tēdāt ſubuertere
baptiçatos. R̄n. Debēt publicis flagellis d
putari. 28. q. 1. ſepe. ita tñ q̄ hec pena ñ tran
ſeat in vindictā ſanguinis: q2 talis pena re
linquēda eſt brachio ſeculari. A nā ꝓpter
ſubuerſionē p̄fatā vel ſimilē ſm leges irro
gatur pena mortis: vt pʒ. ſ. iude⁹ p°. §. 2. in
additione. Flagellatio aūt irrogat ēt pro ſo
la conuerſatione. d. c. ſepe. vbi dicitur: Se
pe maloꝝ conſortia etiam bonos corrum
punt. 2. j. Quicunq̄ ergo amodo ex his q
baptiçati ſunt infideliū cōſortia non vitaue
rint: 2 hi xp̄ianis donēt: 2 illi publicis cedi
bus deputentur. B

## Iudicare poteſt in-

telligi dupl̄r. Uno mō qñ aliqs vi
dens opera ꝓximi de quibus dubium eſt
quo animo fiūt iudicat i peiorē ꝑtē: 2 d h⁹
dī. ſ. dubia. Alio modo dī iudicare iudex
qñ ſñiā ꝓfert: et de hoc dicetur ſtatim i. c. iu-
dex. p°. §. 3. 2 ſe.

## Iudex primo cōiter. Quā-

tū ſciam dʒ h̄re iudex. R̄n. ſm Ber. ex̄ d reſcri
p̄t ſciſitat⁹. dʒ eē peritus: nec querere ab
alijs qd eū loq̄ oporteat: i auc. d ꝓiudi. i p̄n°
coll. 6. ex̄ de ꝯſā. 2 affi. ex lr̄is in fi. Et tñ ēt ſi
illitteratus ſit 2 h̄eat ꝯſuetudinē 2 peritiam

iudicādi pōt ei cā cōmitti. C. de iudi. certi
iuris. ſed iudex maxime eccleſiaſticus eſſe
nō pōt niſi ſit perit⁹ ſaltē mediocri iuris ſci
entia: notaſ di. 20. c. i. A Idē in ſū. cō. li. 2
ti. 5. q. 138. Sed certe vr̄ ꝙ qs poſſit eē iudex
ēt ſine ſcia iuris dūmō hēat experientiam
cārū ex cōſuetudine. nā dicta. l. certi iuris. ñ
diſtinguit inter iuriſditionem ordinariā et
delegatā: ꝛ videſ expreſſe hr̄i in auc̄ ꝺ iudi.
in pn° coll. 6. ibi neqꝫ cāꝝ habentium expi
mentū ꝛc̄. vbi ēt pꝫ ꝙ admiſtrantes impe-
ratori ꝛ hñtes dignitatē ſinguli pñt eē iudi
ces ordinarij ēt ſi nec ſciam iuris nec expiē
tiā habeant cārū: ſed debēt hr̄e peritos aſ
ſeſſores vt ibi. B

Utrū quis poſſit ſuper ſe cōſtituere ex
traneū iudicē. Rn̄. laicus pōt conſtituere ſu
um iudicē oēm qui alis iuriſditioni preeſt
nō aliū. C. de iuriſdi. om. iu. l. i. ꝛ. l. priuatoꝝ
Clerici ꝟo non poſſunt in non ſuum iudi-
cem conſentire: niſi ſit perſona eccleſiaſtica
ꝛ de conſenſu ſui epi: extra de fo. compe. ſi-
gnificaſti. nam ꝛ ſecularis iudex nullam in
eꝯ poteſt habere iuriſditōnem nec in crimi
nalibus nec in ciuilibus. C. de epi. et cleri.
auc̄. ſtatuimus. A Ibi dr̄: Statuim⁹ au
tē vt nullus eccleſiaſticam perſonam in cri
minali cā vel ciuili trahere ad iudicium ſe-
culare preſumat ꝯ̄ conſtitutiones impiales
ꝛ canonicas ſanctiones. Qđ ſi fecerit actor
a iure ſuo cadat: iudicatūqꝫ nō teneat ꝛ iu
dex extūc ſit iudicādi ptāte priuatus. San
cimus autē vt ſiq clericiſ vel perſoniſ eccle
ſiaſticis iuſticiam denegare preſūpſerint
tertio regiū ſuā iuriſditionē amittant: B
ꝛ extra de foro cōpe. ſeculares li. 6. nec cleri
cus pōt huic priuilegio renūciare: vt. ī. re-
nūciatio. 3°. §. 3. Et hoc ipſū vide ħ. §. pe. et
ī. ſñia. §. 6.

Utrū iudex poſſit aliquē iudicare ſine
actore vel accuſatore. Rn̄. ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q.
65. Cum iuſticia non ſit ad ſeipm ſed ad al
terum: oportet ꝙ iudex vnus eſt actor ꝛ a-
lius reus. Unde in criminibus non poteſt
aliquem condēnare niſi hēat accuſatorem
extra de accu. ſi legitim⁹. Nihilominus tñ
interdū infamia hꝫ locū accuſatoris: ex̄ de
accu. euidētia. ꝛ tūc ē pcedēdū ad inqſitio-
nem: vt. ſ̄. inquiſitio. § 2. ꝛ. 3.

Utꝝ iudex poſſit aliqd accipe a partibuſ
Rn̄° ſm Ray. Ordinarij iudices nō debent
petere aut recipere a partibus ēt expenſas:
cū ꝓpter iuſticiā tenēdā hēant ſuas prouiſi
ones. ſ. ne dū ſūptus querit predo craſſet:
di. 86 non ſatis. 25. q. i. militare in fi. Nec
credo ꝙ ēt ſponte oblata dēat recipere ꝓpꝭ
ſuſpitionē vitandā: ab alijs vero encenia
ſponte oblata ac ēt moderata recipere pōt
di. 18. de eulogijs. ff. de offi. procō. ſolēt. A
Ibi dr̄: Non in totū encenijs abſtinere de
bebit procōſul ſed modū adijcere: vt neqꝫ
mō ſe in totū abſtineat nec auare modū en
cenioꝝ excedat. Naꝫ valde inhumanū ē a
nemine recipere ſed paſſim viliſſimū: ꝛ per
oia auariſſimū. Hec etiā notāſ in ſū. con.
li. 2. ti. 5. q. 142. B Iudex etiā delegat⁹ ni
hil recipere pōt a ptib⁹ niſi forte eſculentū
vel poculentū ex mera liberalitate oblatum
qđ paucis diebuſ cōſumi poſſit: vel niſi mo
deratas expenſas cū ipm ꝓpter cāꝫ ſibi cō
miſſam cōtigerit ex̄ ſuū domiciliū profici
ſci: ita ꝙ in ipſis expenſis non excedat mo
dū: nec exigat plus ab vna pte q̄ꝫ ab alia: ꝛ
ꝙ ꝓpter expenſas habendas niſi cā requi
rat occaſionē pficiſcendi non aſſumat: ꝛ ſi
litigantes fuerint notabiliter pauperes etiā
ꝓ expenſis nihil exigat: extra de reſcript.
ſtatutū. § inſup li. 6. Aſſeſſorē ñ accipiat niſi
eo indigeat: alioquin de ſuo ꝓpo teneſ ꝓui
dere ei. Sed ſi indigeat aſſumat neutri par
ti ſuſpectū: et ei de cōpetenti ſalario mode-
rato ab eo faciat a partibus ꝓuideri. No-
tarios in cā ſibi cōmiſſa ab immoderato ſa
lario refrenet: nec cū eis nec cū aſſeſſore lu-
crū participetur: ꝛ ſi ꝯ̄ hec reciperet ad reſti
tutionē teneſ ꝛ non ꝓdeſt remiſſio. A. ſ.
eoꝝ quibus facienda eſt reſtō quin teneaſ
ad integrā reſtitutionē: vt in. c. de quo ſtati
B vt in. d. c. ſtatutū. Silr dꝫ refrenare nū
cios ꝛ officiales quoſcunqꝫ.

Quid ſi iudex iniuſte iudicauit. Rndeo
ſm Ray. Si ſcienter male iudicauit: pu-
ta timore: cupiditate: odio: amore: vel alia
quacunqꝫ cā: tenetur leſo preciſe ad oē in-
tereſſe: niſi poſſet inducere illum ꝓ quo tu-
lit ſñiam ad plenariā reſtitutionē. C. de pe.
iudi. l. vl. xi. q. 3. quatuor. Et ſm leges mul
tas alias penas debet ſuſtinere. Debet eti
am preter reſtitutionem imponi ei peniten
tia tāq̄ꝫ ꝓ grauiſſimo crimine. xi. q. 3. qcun
qꝫ. A hoc enim grauius eſt rapina ſim-
plici: qꝛ auctoritate diuina abutendo ꝑter
iniuriam proximi deum inhonorat: ſꝫ Al.
ꝛ in ſū. con. eo. ti. q. 137. B etiam ſi ſit in-

Judex

dex eccleſiaſticus. Adhuc als multiplr pu
nitur: vt. j iudex. 2°. §. 2. Si vero per igno-
rātiā iniuſte iudicauit: tenetur ſm leges le-
ſo inq̄ntum bonū ⁊ equū videbitur religioſi
iudicantis. ff. de va. ⁊ extraor. cogni. l. vlti.
In iudicio tñ anime tenetur: vt in pmo ca
ſu ſi in culpa fuit. ſ. q2 ſciuit vel ſcire debuit
ſe inſufficientē ⁊ iudicare talem cām preſūp
ſit. Et idē ſi erat ſufficiens ſed neglexit ſtu-
dere ⁊ videre quod debuit. Minus tamen
agendum cum iſto eſt q̄ cum illo qui ſciē-
ter fecit. Et addit h Ul. q ſi iſte ignorās fu
it delegatus: ⁊ neceſſitate obediētie male iu
dicauit: ſed tamen bona fide ⁊ de conſilio
peritorū non tenetur. A tenetur autē ad
reſtitutionem ſi in petendo conſiliū fuiſſet
negligens aut culpabilis ſm eundem Ul.
glo. Ray. in dicta q. 137. vbi etiam habet
qđ ſtatim ſeqtur. B Et idē dicit Ray. ſi
talis iudex tulit iniquā ſñiam deceptus p
aſſeſſorem talem qui cōiter ſufficiens puta
batur. A Ray. vt p3 vbi. ſ. nō vl loq de
delegato tm̄ ſ3 gnālr de omni iudice. B
Quid ſi iudex accepit pecuniā vt ma
le iudicaret. Rn° ſm Ray. non ſolum puni
tur vt. ſ. in precedenti §. dictum eſt q ſcien
ter male iudicauit: ſed etiam pecuniam ſic
receptam tenetur reſtituere non ei qui dedit
cum turpiter dederit: ſed ei in cuius iniuriā
recepit. i. q. i. iubemus. ⁊ ar. 17. q. 4. ſiqs in
atrio. ff. de calū. l. gnāliter. § illud. A Idē
in ſum. con. e. ti. q. 139. Et hoc verum in fo
ro iudiciali: ſecus in pñiali in quo nō ſucce
dit obligatio niſi ad ſolum intereſſe ⁊ non
ad penam niſi preceſſerit iudicialis ſñia: al
pena non debetur in foro pñie: vt dicit glo.
12. q. 2. fraternitas. Hec etiā ſentit gl. Ray.
vt p3 in ſū. con. e. ti. q. 140. Et vt ibi p3 ſm
Ul. hoc caſu dicendū ē đ hac pecunia idē
qđ de alio turpi lucro. B
Quid ſi accepit pecuniā vt iudicaret:
vel etiam vt non male: ſed bene iudicaret.
Rndeo ſm Ray. tenetur reſtituere ei qui đ
dit. A niſi dediſſet vt animum iudicis ſb
ſpe recti inclinaret: ⁊ ita indirecte ⁊ tacite in
tendebat ipm corrūpere ſm eundem: vt in
dicta. q. 140. B q2 cum ex officio ſuo te-
netur grat iudicare ⁊ bene turpiter accepit
⁊ crimē concuſſionis cōmiſit. Et idē dico
ſi ex aliqua cā oportebat eū non iudicare: ⁊
nihilominus vt non iudicaret accepit ali-
quid. i. q. i. iubem⁹. ⁊ c. l. iulia. ⁊ c. venale

ſus. A al incipit vel: ⁊ ſequitur immedia
te poſt. c. l. iulia B extra de ſimo. nemo.
Et Auguſtinus. xi. q. 3. non licet iudici ven
dere iuſtum iudicium: ⁊ ſi liceat aduocato
vendere iuſtum patrocinium et iuriſcon-
ſulto iuſtum conſilium. A Hoc habet
ea. q. c. non licet. Et predictis con. Ul. vt p3
in dicta. q. 139. ⁊. q. ſe. B
Quid ſi iudex tenetur ⁊ nullo mō vlt
iudicare: ⁊ propter hoc amittit aliquis ius
ſuum. Rn° ſm Ray. tenetur reſtituere totā
litē eſtiatōnē ei qui propl hoc ē leſ⁹. 23. q. 2.
dñs. ⁊. q. 5. admiſtratores. i auc. vt diffe iu.
§. pe. A Cō Ul. vt in ſū. cō. e. ti. q. 141. B
Utrū iudex poſſit penā reo totaliter re
laxare. Rn° ſm Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. 167. Duplici ra
tione impeditur iudex ne reū a pena abſol
uere poſſit. primo quidem ex parte accuſa
toris ad cuius ius qñq3 pertinet vt re⁹ pu-
niatur: puta propter aliquam iniuriam in
ipm commiſſam: ⁊ h⁹i relaxatio non eſt in
arbitrio iudicis: q2 tenetur vnicuiq3 ius ſu
um reddere. 2° modo impeditur ex pte rei
publice ad cuius bonū pertinet q malefa-
ctores puniantur. Sed tñ q̄ntum ad h° diſ
ferentia eſt inter inferiores iudices ⁊ ſupre-
mum. ſ. principem cui eſt plenarie poteſtas
publica commiſſa. Iudex. n. inferior ñ h3
ptātē abſoluendi reū a pena ꝯ leges a ſupe
riore ſibi impoſita: ſed princeps qui habet
plenā poteſtatem in republica poterit reū
licite abſoluere ſi hoc reipublice v derit ex
pedire ⁊ paſſus iniuriā noluerit remittere.
H3 tñ locū mia iudici: vt in ſe. §. dl in fi.
Utꝛ iudex poſſit penā dimittere. Rn° ſm
Hoſtien. reo conuicto ſi in iure certa pena
inueniat illa iponi debet: als arbitrio ſuo cō
mittitur. C. de vi pub. vel priua. l. ſeruos. in
fi. ⁊ extra de tranſac. c. vl. tamē in humani
orem partē d3 ſemp declinare: ⁊ ſic mitiga
re maxime cū cā ſubeſt: puta q2 non ex p-
poſito ſed caſu culpa commiſſa fuit: vel q2
iniuria effectum non habuit: vel ppter eta
tem puerilem aut etiam ſenilem ⁊ huiuſmo
di: de quibus. j. pena pmo. § 3. ⁊ 4. A be
ne facit ad hoc dictum. c. fi. de tranſac. B
Et intelligendū eſt ſm Tho. vbi. ſ. q miſe
ricordia iudicis habet locū ſolum in his q̄
eius arbitrio relinquūtur. circa que vide. j.
pena p°. §. antepe. A Ad hoc videntur i-
tendere que habentur in ſum. con. eo. ti. q.
146. vbi etiam dicitur: In extraordinariis

aũt tũc dicetur pena diminui vel augeri cũ
dex non ſeruãtid quod in talibus ſeruari
conſueuit. B

Utruȝ iudex poſſit penã augere. R° au
gẽda ẽ pena aliqñ ad terrorẽ aliorum qui pro
ni ſũt ad culpam: q2 multis craſſantib⁹ op⁹
eſt exẽplo. ff. de pe. l. aut facta. §. viii. A
Idem in dicta. q. 146. B

Utrũ liceat iudici iudicare ꝓpter ꝓba
ta contra veritatem quã ipſe nouit. R° ſm
Tho. 2ª 2ᵉ. q. 47. iudex in iudicando ma-
gis debet ſequi legitima documenta per in
ſtrumenta et teſtes ⁊ alia h⁹i ꝗȝ id qd ipſe
nouit tãꝗȝ priuata perſona. Ex hac tamen
priuata cognitiõe põt iuuari vt diſtrictius diſ
cutiat probationes inductas: vt poſſit earum
defectũ inueſtigare. Quod ſi eas non põt
de iure repellere: debet eas in iudicando ſe
qui. Dicit etiam Tho. ſcda ſcde. q. 64. ꝙ ſi
aliquis quem ſcit iudex innocentem falſis
teſtibus conuincitur vt occidatur: ſi iudex
nõ poteſt inuenire occaſionẽ liberandi in
noxium dȝ eum ad ſuperiorẽ mittere iudi
candũ. Si aũt neqȝ hoc põt ñ peccat ſȝ al
legata ferens ſñiam: q2 ipſe nõ occidit eũ: ſȝ
illi qui eũ aſſerũt nocẽtẽ. Cõ. Pe. ⁊ Ray.
A Ul. ãt dicit: ꝙ ex quo iudex ſcit negocij
ꝟitatẽ cũ ſuis circũſtantijs: impoſſibile iu
dicat quin aliquã viã iuris inueniat q̃ libe-
ret innoxium niſi ſit ex imprudentia vel ne
gligentia iudicis. Et poſito ꝙ nullam viã
inueniat per quã eũ liberare poſſit: nec acto
rem: nec teſtes poſſit emolire ꝙ deſiſtant a
cã: debet ꝓteſtari ſe ñ hñe ꝯſciam cõdẽnãdi
eũ: q2 ſcit eũ innocentem: ⁊ hoc certis indi
cijs oſtendat probabile: ita ꝙ cõitas ñ ſcã-
daliȝetur: ⁊ ſic abſoluat eum a ſuo iudicio
poteſtatem relinquens eis vt deferant cri-
men ad ſuperiorem ſi voluerint ſi agatur d̃
rebus ſiue de perſona. Glo. aũt Ray. dicit
ꝙ non videtur tutum ꝙ talis ad ſuperiorẽ
mittaꝛ: nec credit hoc faciendum eſſe: ſȝ po
tius deberet omnia mala tolerare ꝗȝ inno
centem ſcienter ad mortẽ vel ad mutilatio
nem condemnare: vel etiam exponere con
demnandũ. Et dicit etiã ꝙ iudicẽ in h° ca
ſu cõdẽnãtẽ nõ auderet a peccato mortali
excuſare. Item dicit: Credo etiã ꝙ iudex i
ferior qui ſcit ꝟitatẽ nõ dȝ cõdẽnare inno
centem etiã ſi precipiatur ei a ſuperiore iu-
dice. Idẽ nõt Nico. de lyra: Exo. 23. Nec
eſt ꝯ ex̃ de offi. de. paſtoralis. vbi dicit ꝙ
ordinarius debet exequi ſñiam latam a de
legato ad mandatum eius ꝗuis idem or
dinarius ſciat illam eẽ iniuſtam niſi poſſit
obtinere ab eodẽ d̃ legato vt ab hoc onere
abſoluat: q2 loqtur ibi de ciuilibus cãis et
eccliaſticis: vbi nullus cõdẽnatur ad mor
tẽ: ⁊ ibi non ẽ tantũ periculũ ſicut in caſu ꝓ
poſito. Pro hoc optime facit. c. inquiſitioni
ex̃ de ſen. ex. ad dcm̃ ẽt. c. paſtoralis. poteſt
dici ꝙ loqtur nõ in cognitione ſeu cõdena
tione: ſed in cãe executione: ⁊ circa ea q̃ nõ
ſunt tanti preiudicij. Et predicta notantur
in ſũ. con. e ti. q. 149. B

Utrum iudex laicus poſſit iudicare de cle-
rico. R°. non poteſt: ſed ſi eũ vocat debet ꝓ-
uari officio iudicandi. xi. q. i. inolita. A
Melius videtur facere auc. ſtatuim⁹. de q̃
j. B Nec ſñia valebit: ex̃ de iudi. at ſi cle
ci. ⁊. c. cũ non ab homine. Sed etiã q cum
vocari fecit debet amittere cãm. Intellige
per ſñiam: ⁊ dȝ excõicari: vt in dicto. c. ino
lita. Idẽ etiã ꝓȝ. C. de epi. ⁊ cle. auc. ſtatui-
mus. Et ſm Hoſti. ex ſola vocatione ex q°
clericus tractus erit: aduerſarius patiet ꝓ-
dictam penã. xi. q. 3. placuit. ex̃ de excel. pre
la. graue. Iudex ꝟo nõ patiet ꝓdictã penã
niſi iudicauerit: vl' forte ſolũ citra litis con
teſtationẽ locus eſt pñie. A Certe videt
ꝙ in his caſibus ipo iure pena irrogeꝛ: vt i
dicta auc. ſtatuimus. ⁊ pȝ. s̃. §. i. in additio
ne. B De mã huius qõnis hẽs hic. s̃. §.
2. ⁊. j. ſñia. §. 6.

Utrũ miniſter peccet exequẽdo ſententias
iudicũ ꝯ innocentem. R°ndeo ſȝ Tho. ſcda
ſcde. q. 64. in fi. Si ſententia continet into
lerabilem errorem: miniſter non debȝ obe
dire: alis excuſarentur carnifices qui mar-
tyres occiderunt. Si autem non contineat
manifeſtam iniuſticiam non peccat precep
tum exequendo: q2 ipſe nõ hȝ diſcutere ſẽ-
tentiã ſuperioris: nec ipſe occidit: ſed iudex
cui miniſteriũ adhibet. Et intelligit Ray.
ꝙ ſi ipſe miniſter ſciat ꝙ condẽnatus inno
cens eſt: non debet exequi mãdatum iudi
cis: ſecus ſi dubitat: tunc enim excuſaꝛ obe
diendo. xi. q. 3. quid ergo. 23. q. i. quid cul
patur. A Cõ. cũ Ray. Ul. vt in ſũ. con.
eo. ti. q. 150. ⁊ faciũt ad ea que dicta ſũt. s̃. §.
xi. in additione. B

## Iudex ſecũdo de iudice eccliaſtico

Et h̃ aduertendum ꝙ perſona eccliaſtica

pōt iudex eē ꝛ cās ventilare ꝛ iudicare inter ſubditos in quibus iuriſditionē hꝫ ꝑſertim clericos. xi. q. i. c. i. ꝛ. c. experientie de fo. cōpe. ꝑ totū. Et niſi eccleſiaſticus ñ pōt exercere iuriſditionē nec hꝫ eā in clericū: vt. ſ. iudex ꝓ°. §. 2. nec clericus pōt huic iuri renūciare. Et qd ſi de fcō renūciet: hꝫ. ĩ. renūciatio. 3°. §. 3. ꝛ. 4. De hac qōne clare hēs. ſ. iudex ꝓmo. §. pe.

Judex eccleſiaſticus. A ordiarius ſiue delegat⁹: vt in. c. cū ecīni de quo. ĩ. B q ꝯ iuſticiā in grauamē alterius ꝑſʒ iudicio gcꝙ facit ꝑ grām vel ꝑ ſordes: puta per pecuniā: ſuſpēſus ē ꝑ annū ab executōe officij: ꝛ dꝫ cōdēnari ad eſtimationē litis pti qua leſit: ꝛ ſi ſuſpēſiōe durāte ingeſſerit ſe diuinis ſit irregularis: ꝛ nō niſi ꝑ papā poterit liberari: extra de ſen. ꝛ re iudi. cū eter ni li. 6. Et adde h̄ qđ hētur. ĩ. ſimonia. ꝓ° §. 25. qui incipit: Quid ſi daſ.

Nūqd ptinet cognitio ad iudicē eccleſiaſticū ſi iudex laicus te[net] malefactorem qui dicit ſe clericum ꝛ petit remitti ad curiā eccleſiaſticā: vel ipa curia petit eū ꝛ ipe iudex denegat. ℞n. ad iudicē eccliaſticū ptiet cognoſcē: qꝛ de re agiſ ſpūali ſiue eccleſiaſtica: ſꝫ dꝫ vocari iudex ſecularis vel ali⁹ cuius intereſt: eꝶ de ſē. ex. ſi iudex li. 6.

Sed quō ꝓcediſ in dcā qōne. ℞°. Si notoriū eſt ꝙ ille ſit cleric⁹ q tali ꝑuilegio gaudere dēat: ſtatim abſqꝫ alia cognitōne dꝫ reddi. Qđ ſi fama publica de hoc ē vel ipe ꝓ clerico cōiter hēbat: vel ſe prius nō gerebat pro laico: ꝛ deꝑhēſus fuit cū tōſura ꝛ habitu clericali: dꝫ ēt reddi incōtinēti Non dico ſine cāe cognitōe: ſed ante cauſe cognitionem de clericatu: ita tm̄ ꝙ ꝓbandi neceſſitate non ipſe ſed aduerſarius aſtringaſ. Si vo an̄ deprehenſionē ꝓ laico publice ſe gerebat ꝛ ꝓ tali cōiter hēbaſ etiam ſi ipe deprehēſionis in clericali erat hitu: nō ē reſtituend⁹ quouſqꝫ fidē fecerit đ clericatu: ſꝫ tm̄ interiꝫ ꝯ eū ꝓceſſus iudicialis quieſcet: extra de ſen. ex. ſi iudex li. 6.

## Penitentia tertio

.ſ. de penitẽtia ſolẽni ⁊ de publica. Et qdẽ pnia ſolẽnis nõ eſt hodie i vſu. Et iõ breuiter ſciẽdũ ꝙ dꝫ fieri cũ illa ſolẽnitate ⁊ modo q habet di. 50. in capite. ⁊ imponit tñ ab epo vel de eiꝰ mãdato. A .ſ. ab alio inferiore ſacerdote: vt i ſũ. li. 3. ti. 34. q. 8. vbi hec notant ſꝫ Ray. ⁊ Hoſt. B Et dꝫ imponi p crimie publico ⁊ vulgatiſſimo qꝺ totã vrbẽ vel aliũ locum cõmouerit. 26. q. 6. c. vlti. Itẽ nõ dꝫ imponi clerico niſi depoſito: qꝛ nec laicꝰ q ſemel egit eã dꝫ poſtea p

moueri:nec clericus dꝫ poſtea miniſtrare
di.50 cõfirmandũ.⁊.c.illud.⁊.c.alienũ.⁊.
c.ex penitentibus.Et de hoc dictum eſt.ſ.
ordinandus.§.14.

Utrꝫ aliqs poſſit cogi ad ſolẽnẽ penitẽ
tiã.Rñ.ſm Ray.Si crimẽ ſit magnum ⁊
publicũ ⁊ ſcãdalũ mouerit poterit qs cogi
ad ſolẽnẽ penitentiã:ſed ⁊ ꝓ occulto crimi
ne ſi penitẽs voluerit iponi põt:aliſ nõ:ar.
de cõſe.di.3.de penitẽtibus. A Idẽ i di
cta.q.8.ſm Hug.⁊ Tho. B

Utrꝫ ſolẽnis penitẽtia poſſit iterari. Rñ
ſm Ray.Non: de pe.di.3.repriunt. Sed
alia qlibꝫ penitẽtia ſiue publica:ſiue ꝑua-
ta poteſt ⁊ dꝫ iterari quotiẽs homo peccat
de pe.di.3.ſepties.⁊.c.adhuc inſtãt.Qua-
re aũt pnia ſolẽnis nõ iteraſ aſſignat Tho.
in.4.di.14.tres rõnes.Prima ne ex itera
tiõe vileſcat.Scd̃a qꝛ figura ẽ expulſionis
hois ꝺ paradiſo que tñ ſemel facta ẽ.Ter
tia eſt qꝛ ſolẽnizatio pnie eſt q̄ꝺ quedã ꝓfeſ-
ſio ꝑpetuo pniaꝫ ſuadi.Et iõ iteratio ſolẽ
nitati obſiſtit. A Idẽ i ſũ.co.u.q.10. vbi
etiã addit ſm glo.Ray.⁊ Pe.ꝙ pnia ſolẽ
nis iteraſ ſi eſt ꝯſuetudo. B

Utrꝫ qñ iponitur pnia publica itelliga
tur peti reuelatio.Rñ.ſm Tho.i.4.di.14
Nõ reuelaſ ꝓpter hoc q̄uis ſuſpitio oria
tur illũ aliqd enorme cõmiſiſſe.Nõ.n.cul
pa ꝓ certo ſcit ex pena:qꝛ ⁊ quãdoqꝫ aliqs
facit pniaꝫ ꝓ alio:ſicut legit in vitis patrũ de
quodã q vt ſociũ ſuũ ad pniaꝫ ꝓuocaret:
ipſe cũ eo pniaꝫ egit. A Iõ i dcã.q.9. B

Sꝫ que ẽ pnia publica.Rñ.ſm Ray.
Publica dr̃ qñqꝫ illa ſolẽnis ꝺ q̄ iã hic di
ctũ ẽ.ſ.§.1.⁊ ſe.Sꝫ ꝓprie illa dr̃ publica q̄
ſit i publico:nõ tñ cũ pdicta ſolẽnitate: vt
cũ iniũgiſ pegrinatio ꝑ mundũ cũ baculo
cubitali ⁊ cũ ſcapulari ⁊ hꝰi.Poſſet hãc i
ponẽ qlibꝫ ſacerdos ꝑochiano ſuo. A ni
ſi ꝯſuetudo ꝯria ſit i aliq̃ eccliа:vt in ſum.
co.u.q.12.ſm eundẽ q etiã addit.Itẽ nõ ꝺ
bet iponi clico niſi depoſito: nec dꝫ iponi
niſi ꝓ crimie enormi ⁊ manifeſto.Et con.
Ho.⁊ Gof.Tho.võ dicit ꝙ taľ pnia publi
ca:ſꝫ nõ ſolẽnis etiã clico poſſet iponi quã
do crimẽ ẽ publicũ.Et cõ.glo.28.di.pſby
ter.⁊ ex̃ de pe.⁊ re.q̄ſitũ. B

Utrꝫ ꝑ ſedẽ apoſtolicã iponiſ pnia pu-
blica.Rñ.ſm.Guil.durã.Pniaꝫ publi-
cã ſedeſ aplica nõ iducit niſi in eo loco vbi
eſt curia Romana:⁊ tũc tñ ꝓ enormibꝰ
Penitẽtiarij.n.pape faciũt tales denuda
tos triduo aut plus aut minꝰ incedẽ ꝑ oẽs
ecclias ciuitatꝫ vbi eſt curia:⁊ poſtea remit
tũt ad ſuos epos:vt cõſideratꝫ circũſtãtijs
eiſ indicẽt penitẽtiã ſalutarẽ:ſꝫ quidã ribal
di ꝓ q̄ſtu fingãt ſibi tales penitẽtias a ſede
aplica iniunctas falſas penitẽtiarioꝝ lr̃as
oſtẽdẽtes. A Idẽ in dicta.q.12. B

Que ẽ cã ꝙ deſ aliq̃ pnia publica. Rñ
ſm Tho.in.4.di.14.Quadruplex ẽ cã.ꝑ
mo vt peccatũ publicũ publicã hẽat medi
cinã.2ᵒ qꝛ maxia ꝯfuſiõe eſt dignꝰ q q̄uiſſi-
mũ ſcelus ꝯmiſit.3ᵒ vt ſit alijs ad terrorẽ.4ᵒ
vt ſit exẽplũ penitẽdi ⁊ nõ deſꝑãdi eis q g̃-
uibꝰ detinenſ A Iõ i ſum.co.u.q.13. B

Utrũ ꝓ quolibꝫ pctõ manifeſto teneſ
hõ manifeſtare penitẽtiã.Rñ.ſm Al.Nõ
oꝫ:ſed q ſcãdalizauit i.cõtinenſ qdẽ ad oſtẽ
ſionẽ boni exẽpli:ita ꝙ ꝑlurimi debeat cuꝫ
de ꝑteritis pniam egiſſe:⁊ ſufficit. A Iõ
in ſum.co.u.q.14. B

# Penitentia quarto,

ſ.ipedita vl falſa.Que ſũt impedi-
tiua pnie.Rñ ſꝫ Hoſt.⁊ Ray.Multa ſt
ſed inter alia q̄tuor ꝑncipaliter.ſ.pudor:ti
mor:ſpes:⁊ deſꝑatio.Primũ igiſ ipedim̃
tũ ẽ pudor ꝯfitẽdi:de quo dictũ ẽ.ſ.ꝯfeſſio
1.§.pli.Scd̃m ipedimẽtũ ẽ timor.ſ.cũ q̃s
timet ne poſſit ferre penitẽtiã.Cõtra queꝫ
ſũt tria remedia cõſiderãda.ſ.ꝑſentis pene
modicitas:leuitas:⁊ breuitas.Et econtra
future pene imẽſitas:acerbitas:⁊ eternitas
Tertiũ ipedimentũ ẽ ſpes:⁊ hec ẽ triplex.ſ.
ſpes diu viuẽdi. A Et ꝯ iſtã ⁊ ſeq̃ntes ſũt
auctoritates q̄ ſubdunt. B .1.Theſſal.5.
Dies dñi ſicut fur i nocte ita veniet.Itẽ ſpes
tꝑales diuitias acqrendi:Luc.12.Anima
mea requieſce:bibe:⁊ comede ⁊c̃.Itẽ ſpes
miſericordiã ꝯſequẽdi:Contra illud Eccl.5
Ne dicas miſeratio dei magna ẽ in multi
tudis pctõꝝ meoꝝ miſerebit.Miſericordia
n.⁊ ira ab illo cito ꝓximat.Quartũ impe
dimẽtum ẽ deſꝑatio:⁊ hec ẽ duplex.ſ deſ
ꝑatio venie:ſicut dixit Cayn Geñ.4.Maioꝛ
ẽ iniqtas mea q̄ꝫ vt veniã merear.ꝯ qꝺ eſt
illꝺ pſal.Miſericordia.n.eiꝰ ſuꝑ oĩa opa eiꝰ
A Et iterꝫ Miſericordia dñi plena ẽ tra.pſ.
32.cũ multis ſimilibꝰ. B Itẽ deſꝑatio ꝑſe
uerãtie:ꝯ qꝺ ẽ illud vbũ dñi Math.18.
Nõ dico tibi vſqꝫ ſepties:ſed vſqꝫ ſeptua
gies ſepties.de pe.di.3 ſepties.⁊.c.adhuc

ĩſtãt. Poſſũt ẽt ⁊ alia ĩpedimẽta aſſignari. Primũ ẽ alleuiatio culpe ꝓpe. Scd̃m eſt aggrauatio culpe aliene: ⁊ maxime maioꝝ. Tertiũ ẽ multitudo peccatorũ. ¶ Sȝ non minꝰ ardebunt q cũ multis ardebunt. 2.q.1. multi in fi. ¶ Quartũ ẽ ꝯſuetudo peccandi. Quintũ elatio cordis. Vltimũ delectatio peccati. ¶ De his impedimẽtis latiꝰ dĩ i ſũ. e.ti.q.195. ¶ Que q̃dẽ q2 non ad caſus: ſed ad perſuaſiones pertinent predicatoribꝰ derelinquo.

Que ſit pn̄ia falſa. R̃n̄. Falſa dĩ cũ ſp̃retis pluribꝰ de vno ſolo pn̄ia agit̃: aut cũ ſic agit̃ de vno: vt non diſcedat̃ ab alio. Vñ ⁊ ſcriptũ ẽ: Qui totã legẽ obſ̃uauerit: offendat aũt in vno factꝰ ẽ omniũ reꝰ: Jac.2°.c. q̃tũ ad vitã eternã. Sic̃.n. ſi pctis omnibꝰ cẽtĩnuolutꝰ: ita ſi ĩ vno tñ maneat eterne vite ianuam non intrabit. Habentur hec de pe. diſtin.5.c.fi.

## p Ercutere ſiue uerberare.

Vtꝝ liceat. R̃n̄. ſ̃m Tho. ſcd̃a ſcd̃e.q.65. Nocumẽtũ alicui iferre ñ licȝ niſi p modũ pene ꝓpt̃ maliciã. Nullꝰ aũt iuſte punit aliquẽ niſi ſit eiꝰ iuriſdictiói ſubiectꝰ: ⁊ io ṽberare aliquẽ nõ licet niſi habẽti poteſtatẽ aliquã ſup illũ. Et q2 filiꝰ ſubditur poteſtati patrĩ ⁊ ſ̃uus ptãti dñi: licite poteſt verberare filiũ: ⁊ dñs ſeruũ cã correctionis ⁊ diſcipline. ¶ Jdẽ in ſũ.li.3.ti.10.q.2. Jſta aũt correctio ⁊ pcuſſio dȝ eſſe moderata: ex̃ d̃ ſen. exco cũ volũtate.§.fi.⁊.ſ̃.correctio.1.in pn̄.Jtẽ eps nullũ dȝ ſuis manibus ṽberare. 86.di. nõ liceat. ¶ Eandẽ q̃ſtionẽ ptractat Ray. ⁊ q̃i eodẽ modo deſ̃minat dicẽs ſic: Qñ pcuſſio ſiue verberatio fit aliqñ ex malicia vel odio. Et hec ẽ peccatũ mortale: ⁊ in clico inducit depoſitionem 45.di.c.1.⁊.c. epm̃. Qñq; vero fit ex charitate vt cã correctõis. Et hec in omnibus habentibꝰ ptãteȝ ẽ licita in ſuos ſubditos 35.di. añ oĩa. 45.di. cũ btũs. Eps tñ nemi nẽ dȝ ſuis manibꝰ ṽberare. 86.di. nõ liceat. ſed põt p aliũ.5.q.5. illi q. Et ſi ṽberandus ẽ clicus nõ dȝ eũ ṽberare p laicũ: alſ tã eps q̃ verberãs incidẽt ĩ excõicationem ex̃ de ſen. exco. vniuerſitatis. vt dcĩ ẽ.ſ̃. excõicatio.2.§.2. niſi clicꝰ eſſet incorrigibilis: vt ibi dĩ. ¶ Jdẽ i ſum.eo.ti.q.1. ¶

Qua de cã clicꝰ corrigẽdꝰ poſſit verberari. R̃n̄. ſ̃m Ray. Pueri in minoribꝰ ordinibꝰ ẽt p minoribꝰ culpis licite verberantur: maiores ṽberari nõ debẽt niſi p maioribꝰ criminibꝰ: di.45 cũ beatꝰ. Porro regulares ſ̃m regulas ſuas ſubijciũt̃ verberibꝰ ẽt p leuibꝰ culpis: ar. ex̃ de appel. reprehẽſibil' in fi. ex̃ de ſimo. p tuas. ex̃ de accu. q̃lit̃ in fi. Sed nõ vſq; ad ſanguinẽ: vt.ſ̃ diſciplina. De mã pcutiẽtiũ clicos ſati dĩ ſ̃. excõicatio.2. Quõ pcutiẽti vnã maxillã pbẽda ſit altera.ſ̃. paciẽtia.§.fi.

## p Eregrinus primo

cõiter. Ad quẽ ptinet defẽſio peregrinoꝝ. R̃n̄. ſ̃m Ray. Oẽs pegrini defendi debẽt ab eccl̃ia: ⁊ qcũq; eos ĩ rebꝰ vel in pſonis offẽderit niſi admonitꝰ ſatiſfecerit excõicet̃. 24.q.3. ſiqs romipetas. ⁊ duobꝰ c. ſe. ex̃ de treu. ⁊ pace. inouamꝰ. ex̃ d̃ pegrinantibus ꝯquerẽte. ¶ Jdem in ſum. lib.1.ti.8.q.87. ¶

Quid de rebus pegrinorũ q moriũt̃ ĩ via. R̃n̄. ſȝ Ho. Quicũq; accepit peccat mortalit̃: niſi ea ĩtẽtõe accipiat vt reſtituat heredi: nec excuſat̃ aliqs ſtatuto: ꝯſuetudine vel pcepto: ſic̃ d̃ naufragis dcĩ ẽ.ſ̃. naufragꝰ. ¶ Jdẽ in ſum.li.2.ti.5.q.27. ¶

## Eregrinus ſecundo

q̃tũ ad clicos. Qui dicũt̃ clici peregrini. R̃n̄. ſ̃m Ray. Peregrini clici pñt large appellari oẽs q nõ ſũt de epatu ordinãtis. Nĩ nullꝰ talis ſiue clicꝰ: ſiue laicꝰ põt recipi a tali epo ad dignitatẽ vel ordines: vel alia eccliaſtica ſacra: di.71. p totũ. ⁊ ſpecialiter in.c. pmatꝰ. ex̃ de poch.c.2.⁊.3. ¶ Huic tñ iuri derogatũ ẽ hodie p ꝯrĩã conſuetudinẽ: cũ quotidie clerici vniꝰ diocelis bñficient̃ ab epis aliaꝝ diocelũ ſine lr̃is dimiſſorijs ſui epi ſ̃m glo. Ray. ⁊ Al. vt i ſũ. li.2.ti.21.q.1. ¶ Sed de ordinibꝰ hẽs.ſ̃. ordinatoꝝ.§.6.⁊.7. Jnſtitui ṽo bñ pñt in eccl'ijs etiã ex̃nei epi ⁊ ab abbatibꝰ vl' iferioribꝰ platis de cõſẽſu ⁊ diſpẽſatiõe ipſius epi ¶ Cum lr̃is ſui tamen epiſcopi: vt ĩ iuribus ſ̃. allegatis: ¶ Al' non: ex̃. eo.c.fi. ⁊ ex̃ de inſti. ad decorem.

Quare peregrini ⁊ ignoti repelluntur a pmotiõe. R̃n̄. ſ̃m Ray. Duplex ẽ cauſa. Vna q2 non lȝ epo ponere falcẽ in meſſem alienam: ſubditum alterius ordinando 71.di. p totum.6.q.3.c.fi. Secunda cauſa eſt quia tales quãdoq; ſolẽt eſſe criminoſi

peregrini

infames: irregulares: vel excõicati: ⁊ qñq̄ꝫ
mentiũtur ſe habẽ ordines: cũ nõ habeãt
vel plures habere q̄ꝫ habeãt: di. 98. afros
19. q. 2. due. Et nota ꝙ cleric⁹ habẽs eccliã
nec peregrinari põt ſine lnia epi: de conſe.
di. 5 nõ oꝫ. ex̄ de voto magne. A Cõ. Ho
ſti. ⁊ Ul. vt in ſum. co. ti. q. 2. B

Qñ pegrini õbeãt ad celebrãdũ admit
ti. Rñ. ſꝫ Ray. Si tales ignoti clici voluñt
publice celebrar̄ pplo admittũt cũ qñqꝫ ſi
gillis epoꝝ. 98. diſ. c. 1. ⁊. 2. ex̄ e. c. 1. ⁊ hoc ſi
ſigilla ſũt ignota. A Et hoc caſu tales pe
regrini debẽt i ſuſpẽſione aliquãto tpe ha
beri: i quo plenius de actib⁹ ipoꝝ pateat: ex̄
eo. c. i. B Al' ſufficeret ſigilluꝫ ſui epi tm̃
di. 71. pmatus. 19. q. 2. due. ⁊ multo magis
ſufficeret aplice ſedis mandatũ: ex̄ de cle. ñ
reſi. tue. A Meli⁹ in. c. fraternitati eo. ti.
B Si vo vellẽt in ſecreto ex deuotione ce
lebrare tolerari pñt: ex̄ eo. tue. Et eſt ratio
ſꝫ hoſti. qa in publica celebratõe poſſet eũ
mouere ad celebrãdũ glia humana vel lu
crum. Secus ſi in ſecreto. Itẽ qꝛ in publi
co cõe malũ poſſet incidẽ. ſ. ſi nõ ordinat⁹
celebraret: ſꝫ i ſecreto ñ vtitur i piculũ niſi
ſolius celebrantꝫ. A Idẽ i ſũ. eo. t. q. 3. B

Sꝫ q̄re recipiũt tales cũ qñqꝫ ſigillis
ignotꝫ cũ ignota ñ faciãt fidẽ. Rñ. ſꝫ Ray.
qꝛ non ita de facili poſſet ↄmitti falſitas in
qñqꝫ ſicũ in vno. Et addit Ioã. ꝙ niſi aliq̄
lis noticia hẽatur de ſigillis nõ ẽ eis credẽ
dũ. A Con. Ul. ⁊ Hoſti. vt in ſũ. eo. ti. q.
4. B Sꝫ ⁊ addit Ray. Cũ ſigillis ſufficeret
ret vn⁹ teſtis. A Hoc fuit dcm̃ Hoſti. q
etiam addit ꝙ ſufficeret etiam ſi habere
tur noticia vnius de quinqꝫ ſigillis: vt in
dicta. q. 4. B Ita tñ ꝙ ſm Inno. ⁊ Ho
ſti. ſi ex receptiõe taliũ clicoꝝ fieret pudici
um ⁊ dãnum alicui. A ſ. magnũ: vt in dcã
q. 4. B nõ deberet credi etiã qñqꝫ ſigill'
niſi alr ̷pbaret. Sed viatorẽ trãſeuntẽ nõ
oꝫ ita ſubtilit̄ examiare. 42. di. qeſcam⁹. A
H⁹ dcm̃ a v. ſꝫ viatorẽ fuit Inno. q ⁊ addit
ꝙ ſi cleric⁹ nõ q̄rit alteri⁹ patrimoniũ: ⁊ al'
ſit bone vite: ⁊ habeat qñqꝫ ſigilla epoꝝ: lꝫ
ignorata ſi aliqua noticia habeat p famaꝫ
vel alio modo de epis vel terr̄ coꝝ: lꝫ al' nõ
ſint ſufficiẽtes ̷pbatiões: tñ in preſenti caſu
tales credere poſſe admitti: vt i dcã. q. 4. B

Quid ſi talis amiſit litteras. Rñ. Si ̷p
bet p duos teſtes ordinationẽ ſuã ⁊ conuer
ſationẽ. A Et etiã licentiã ſui epi ſꝫ Ray.
vt in ſũ. eo. ti. q. 5. Et addit ꝙ al' ei nõ crede
retur: etiã ſi ̷pprio iuramẽto firmaret. Et
con. Ul. ⁊ Hoſti. vt ibi. B recipi põt: ex̄
eo. tue. in auc̄. de fide iſtru. §. ſi vero. coll'. 6.
⁊. C. de fide iſtru. in exercẽdis. Et ſi nõ exi
ſtant teſtes de ordinatiõe: qꝛ forte longũ tẽ
pus ẽ: ſꝫ ↄſtet ꝙ ſu p ſe geſſit vt pſbyter ad
mitti poterit: ar. ff. ad macedo. l. 3. ⁊ ex̄ de
pſby. non bap. c. 2. ⁊. 3. A Hoc dictum a
v. Et ſi fuit Hoſt. vt in dcã. q. 4. ad fi. B

Quales debẽt eſſe littere q̄ dant clicis
pegrinis. Rñ. ſm Hoſt. Ad hoc ꝙ ſuſci
piãtur i executiõe ordinũ debent littere cõ
tinere hãc clauſulã: vel ſimilẽ: Quẽ grada
tim ad talẽ ordineꝫ ̷pmouim⁹. 73. di. In
noie pris. ⁊ c. ſe. Et he lre cõmẽdaticie vo
cãtur: ſeu teſtimõiales: ex̄ eo tue. Si vo or
dies vult recipe neceſſe ẽ ꝙ hẽat a ſuo epo
lniam expreſſã p modũ q habet. ſ. ordina
tor §. 6. ⁊. 7. A Idẽ in ſum. eo. ti. q. 7. Et
aduertendũ ꝙ ſi aliq abbates: archidiaco
ni: vel alij iferiores plati habẽt ius iſtituen
di i aliqbus eccliis ⁊ iſtituũt clicos alteri⁹
epatus nõ valet h⁹ inſtitutio: immo eps
dioceſan⁹ põt eum remouere niſi cũ talr in
ſtitutio voluerit diſpenſare: ex̄. eo. c. fi. ſm
Ray. ⁊ Hoſt. ⁊ in ſũ. eo. ti. q. 6. B

Epi ⁊ ſupiores ſilr abbates ⁊ pores ⁊
ceteri preſidẽtes monaſterijs q apud apo
ſtolicã ſedẽ ̷pmouent: cõfirmãtur: cõſecrã
tur ⁊ bñdicunt: nõ accedãt ad cõmiſſas ec
cleſias ſine lris aplicis ↄtinẽtib⁹ ̷pmotio
nẽ: ↄfirmationẽ: ↄſecrationẽ ſeu bñdictio
nem: nec accipiãt dictas adminiſtratões: ⁊
nemo eis pareat: niſi oñdãt: al's qcquid ip
ſi faciũt ẽ irritũ: ⁊ ipi nihil pcipiẽt de ̷puen
tibus: ⁊ illi q eos recipiũt vel eis obediunt
ſũt ſuſpẽſi a bñficijs eccliaſticis. Et idẽ per
oia ſi dicti plati recederẽt de curia nõ pre
ſtito iuramẽto fidelitatꝫ: vt i ex̄uaganti Bo
nifacij octaui: q̄ icipit. Iniuncte.

PEriurium qd ſit. Rñ. ſm magiſtrum ſen
tentiarum ⁊ Ray. Periurium eſt
mendacium iuramento firmatum. Sed ⁊
Tho. ſcda ſcde. q. 98. dicit ꝙ falſitas eſt de
ratione piurij: addens ꝙ ſicut dicit Hiero.
quodcũqꝫ illorum trium defuerit. ſ. veri
tas: iuſticia vel iudicium periurium eſt. A
22. q. 2. animaduertendum. B Non ta
men eodem ordine: ſed primo quidem ⁊
pncipaliter quãdo deeſt veritas: ſcda ri

aũt qñ deeſt iuſticia. Quicũqȝ.n. iurat illi⸗
citũ ex hoc ipſo falſitatẽ icurrit q̄ꝛ obligat⁹
ad ꝯtriũ faciendũ. 3°quãdo deeſt iudicium
q̄ꝛ cũ idiſcrete iurat ex hoc ipo piculo ſe cõ
mittit falſitatẽ icurrẽdi. A Idez in ſum.
li.i.ti.9.q.20. B

Quot modis ꝯmittit falſitas i iuramẽ
to aſſertorio. Rñ. ẜm. Aug⁹ Trib⁹ modis
eſt ibi falſitas ⁊ ꝯmittit periuriũ. Primus
eſt cũ qs iurãdo loqtur falſũ ſine intẽtione
fallẽdi: q̄ꝛ ipſe fallit ⁊ credit dicẽ veꝝ. 2⁹cuȝ
loquitur falſum: ⁊ cum intentione fallendi
q̄ꝛ ⁊ ipſe falſum putat. 3⁹. quando loquit
verum cum itentõe tñ fallẽdi: q̄ꝛ credit eſ
ſe falſũ. 22.q.2. hoĩes. A Jõ i ſũ.e.t q.21. B

Quot modis ꝯmitit falſitas ſine piu⸗
rium i iuramẽto ꝓmiſſorio. Rñ. ẜȝ Ray.
Trib⁹ modis. Prim⁹ cũ qs iurat ſe factu
rum vl' dicturꝝ aliqd illicitũ vl' inhoneſtum
2⁹ qñ ⁊ ſi iurat aliqð licitũ: tñ abſqȝ neceſſi
tate ſȝ cũ ſolẽnitate. 3⁹ qñ hoc ipm fac ⁊ ſine
ſolẽnitate: vt in iuramẽtꝭ quotidianis ex q̄
dã mala ꝯſuetudine: vt p deũ ibo cras ad
eccliam: vel aliqd ſile: vel etiã cum h⁹ i iu⸗
ramẽta fiũt ex ioco. In omnib⁹ pdictꝭ ſta⸗
tim cũ iurat piurat. 22.q.4. q ſacramento.
Sed intellige large: vt i.i.§. dictum eſt. A
Jtẽ in dicta.q.21. Et ad pdicta facit predic
tũ c. animaduertendum. 22.q.2. B

Utꝝ piuriũ ſit peccatum mortale. Rñ.
ẜȝ Tho. ſcða ſcðe.q.98. Ex ſuo genere pec
catũ eſt mortale: q̄ꝛ portat ꝯtemptũ dei: nec
excuſat a peccato mortali nõ iplẽs ẽt quod
coact⁹ iurauit. Põt tñ p auctoritatẽ pape
ab obligatõe iuramẽti abſolui pſertiȝ ſi co
act⁹ fuit tali metu q cadẽ poſſet in conſtan
tẽ viꝝ. A De hoc.ṽ. iurare.§.14. ⁊.ṽ. iu
ramentũ.i.§. plt. cũ additiõe. B Minor
tñ pnĩa imponit tali. Jtẽ nõ excuſat a pec⸗
cato mortali q iocoſe piurat: q̄ꝛ non euitat
diuinã irreuerentiã: imo q̄ꝫtũ ad aliqd ma
gis auget. Similit ⁊ ille q ex lapſu lingue
iurat ſiqdẽ aduertat ſe iurare ⁊ falſũ eẽ qð
iurat nõ excuſat a peccato mortali: ſicnec a
dei ꝯtemptu. Si aũt hoc nõ aduertat non
vi haberet intẽtionẽ iurãdi: ⁊ ió a crimie p
iuriꝭ excuſat. A Jdẽ in ſũ.co.ti.q.22. vbi
etiã addit ꝙ cũ male iuratur: q̄ꝛ q̄ꝫuis veꝝ
ſit: ſine cã tñ iurat: non ſemp ẽ mortale ẜm
Tho. Nã ſic dicit Ray. Si iurat in cõi ſer⸗
mone aliqð licitũ: puta cras ibo ad eccliaȝ
vel h⁹i: ſic fit in quotidianis iuramentꝭ ex q̄
dã leuitate veniale ẽ.25.di.§. criminis. Qð
põt itelligi qñ iſta leuitas ꝓcedit ex ſurre⸗
ptione nõ ꝓcedẽte ex nõbili negligẽtia: alr
ſecus cũ ſit ꝯ ſcðm decalogi pceptũ: vt nõt
Nico. ð lira ſup Exo.20. Et ſatiſfac deiñ.c.a
nimaduertendũ. Subdit aũt Ray. Si v̇o
licitũ ſine cã iurat: ſed cũ ſolẽnitate ⁊ indi⸗
ſcrete mortale eſt. B

Utrũ excuſet a peccato mortali qñ iura
tur falſũ qð credit eẽ veruȝ. Rñ. ẜm Pe.
Qñ iurat falſũ iuramẽto aſſertorio ⁊ iurãs
credit verũ: ſiquidẽ adhibuit debitã diligẽ
tiã nõ eſt mortale. Silr ⁊ qñ iuramentũ fu
it ꝓmiſſoriũ ſi ꝓpt legitimũ ipedimẽtũ omit
tit ipleri excuſat ſaltez a mortali. A Jõ
in dcã.q.22. B Sed qd faciet q ꝓpt me
tũ iurauit ſe aliqd daturꝝ vel facturꝝ: vide.ṽ.
iurare.§.15. q icipit. qd de eo.

Utꝝ piuriũ ſit grauius peccatũ q̄ꝫ ho⸗
micidiũ. Rñ. ẜm Tho. i quolibet. Sicut a
poſtol⁹ dicit ad Heb.6. Hoĩes p maiores
ſuos iurãt ⁊ omnis controuerſie eoꝝ finis
eſt iuramẽtũ. Fruſtra aũt i cã homicidiꝭ cõ
trouerſie finis eſſet iuramẽtũ ſi homicidiũ
eſſet grauí⁹ q̄ꝫ piuriũ. Preſumeret eni ꝙ
q maiorẽ culpã.ſ. homicidiꝭ cõmiſit nõ ve
reret minorẽ.ſ. piuriꝭ incurrere. Uñ ex hoc
ipſo ꝙ in cã cuiuſlibet pcti defertur iuramẽ
tuȝ manifeſte oñdit ꝙ piuriũ ꝓ maxio pec
cato debet hẽri. Neqȝ imerito: q̄ꝛ piurare
nomẽ dei bñdicti vr quedaȝ negatio nois
diuini. Uñ 2ᵐ locũ poſt idolatriã pctm̃ per
iuriꝭ tenet: vt ex ordine preceptoꝝ pȝ. Sed
⁊ apud gentiles iuſiurandũ erat honoratiſ
ſimũ: vt dr circa pncipiũ metaph. Sed ꝙ
micidiũ grauí⁹ punit in ecclia: rõ ẽ: q̄ꝛ gra⸗
uius nocumentum interdũ hominib⁹ im
minet etiam ex minori culpa: tñ ẜm iudi⸗
cium dei maius peccatum grauius punit.
A Jðẽ in ſum.co.ti.q.23. B

Utrũ peccet qui ab aliquo exigit iura
mẽtũ. Rñ. ẜm Tho. ſcða ſcðe.q.88. Qui
exigit iuramẽtũ vt pſona puata: ⁊ h° fac q̄ꝛ
neſcit: ſed dubitat de v̇itate ẜm ꝙ Aug⁹.
dicit non peccat: ſȝ tñ ex humana tentatio
ne.i. ex infirmitate humane nature ꝓcedit
Si aũt ſcit vl' ꝓbabiliter credit euȝ falſum
iuraturꝝ ⁊ cogit iurare homicida eſt. Nam
ẜm Aug. Ille de ſuo periurio interemit ſe
Sed iſte manum interficientis impreſſit.
A Ad hoc.22.q.2. ille qui ⁊.c.ſe. vbi ha⸗
betur hoc dictum Aug. B Si autem ali

quis exigat iuramentuʒ tanꝗ̄ perſona pu
blica ſm ꝙ exigit ordo iuris nō vſ ecīi cul
pa ſiue ſciat veꝝ iurauꝝ ſiue falſū: qꝛ nō vſ
ipſe exigē: ſed ille ad cuꝰ inſtantiaʒ exigit.
A Concor. ꝑdicti Ray. ꝛ glo. eiꝰ: vt in ſum.
co. ti. q. 24. B

Que eſt pena piurij. Rñ. ſʒ Ray. De
bet ſm canones grauis īponi pnīa cū circū
ſpectōe circūſtātijs magis vel minꝰ aſpa eſt i
ponēda. A .ſ. nō minor ꝗ̄ ꝓ homicidio
ſpōte ꝯmiſſo. 22. q. 1. predicandū. B Itē
piuri ſūt īfames. 6. q. 1. infames. ꝛ. c. qui
cūqꝫ. 22. q. 4. ſiqs ꝯuictꝰ. A Ibi etiā con
tra cāones piuriū dī: Siqs ꝯuictꝰ fuerit a
lios ad falſa teſtimōia vel piuria traxiſſe vl
quacunqꝫ corruptiōe pecunie ſollicitaſſe ip
ſe qdem viqꝫ ad exitū vite nō cōicet. Hi ve
ro q ei in piurio ꝯſenſiſſe ꝓbant ab omni te
ſtimonio ſunt remouēdi ꝛ ſm legē īfamia
notabuntur. Et ſm Tho. ſcḋa ſcḋe. q. 98.
arti. 3º in iuramēto aſſertorio qs nō efficit
īfamis ipſo iure: ſed ſolū p ſniam diffiniti
uam ꝯ iurantē latā ī cā accuſatiōis. Fran
gens vō iuramētum ꝓmiſſoriū ſolēnit fa
ctū ipo iure ſit īfamis: qꝛ ī poteſtate ipſius
manet poſtꝗ̄ iurauit vt det ſuo iuramento
veritatē qḋ nō ꝯtingit in iuramēto aſſerto
rio. Hoſ. aūt videt ſētire ꝙ piurus indiffe
rent ſit ipo iure īfamis: vt ī ſum. eo. ti. q. 25.
Cōtra qḋ ē. c. teſtimoniū. ex̄ de teſti. Vñ di
ctuʒ Tho. vſ ꝓbabiliꝰ B Nec ampliꝰ ad
teſti. ī omī debʒ admitti: vt dicto. c. qcūqꝫ
ꝛ. 22. q. 5. paruuli. nō obſtāte ꝙ egerit peni
tētiā. ex̄ de teſti. teſtimoniū. A In dicto. c
qcūqꝫ. ſic dī: Quicūqꝫ ſciens ſe piurauerit
40. dies in pane ꝛ aqua ꝛ ſeptē ſequētes an
nos peniteat: ꝛ nūꝗ̄ ſit ſine pnīa: ꝛ nūꝗ̄ ī
teſtimoniū recipiat: cōionē tñ poſt hoc reci
piat. Itē Hoſt. dic̄ ꝙ exquo ſemel ꝓbatū
eſt piurium ꝯ aliquē etiā ī modū exceptio
nis: repellit eum a teſtimonio ſemꝑ etiā in
alio iudicio: lʒ glo. Ray. videat aliḋ ſenſiſ
ſe: vt in dcā. q. 25. Sed ꝓ dicto Hoſt. ſatis
faciunt iura ꝑallegata. B Et hoc veꝝ de p
iurio fallitat. ſ. qñ qs falſū iurauerit. Secꝰ
de piurio rōe deficientis iuſticie ſeu iudicij. ſ.
qñ qs iurauit iniuſtū ſeu ſine cā: qꝛ ex hoc
non videtur repelli a teſtiomo: ex̄ de teſti.
co. c. fi.

Quō ſolēnitates adhibite aggñāt piu
riū. Rñ. ſm Ray. Quicūqꝫ iurat p deum
multū obligat. Qui vero p deū ꝛ p euāge
lia magis obligat: ꝛ adhuc magis q iſtis
adiungit ſanctoꝝ reliqas. Et ita creſcētibꝰ
ſolēnitatibꝰ creſcit obligatio. Et ſicut dicit
Tho. ſcḋa ſcḋe. q. 98. grauiꝰ pctm̄ ē ſi aliqs
ſolēnit iurās p euangeliū piuret ꝗ̄ ſi p deū
in cōi ſmone piurat: tū ꝓpter ſcandalum
tum ꝓpt maiorē deliberationē qbuſ aliqñ
hincide poſtꝗ̄ grauiꝰ ē ſiqs p deū iurās p
iuret ꝗ̄ p euangeliū. Idē Pe. ꝛ Inno. A
Idē in ſum. eo. ti. q. 27. B

Quid ſi aliqs audit aliquē piurare: vi
de. ſ. iurare. §. 17. q incipit: Quid ſiquiſ au
dit. Et multa ibi ad hanc mām ptinētia.
Sili: ſ. iuramentū. 1. ꝛ. 2. p totum.

## P Ermutatio

Qualiter poſſit fieri pmutatio de bñficijs eccliaſticis. Rñ. ſʒ Ray.
Bñficia eccliaſtica nō pñt adinuicē pmu
tari auctoritate vel pactiōe pnīi ſine ſimōia
Sed eps ſi vtile eē viderit pōt ex offō ſuo
trāſferre pſonas ꝛ facē pmutationē: ita tñ
ꝙ partibꝰ inter ſe nō licʒ de hoc paciſci ꝛ tra
ctare: vt Inno. ponit: ſed totū exponāt ꝛ re
linqnt in manu ſuperioris. A Dicit etiam
Inno. ꝙ talia pñt eē verba ad epm: Cum
ego nō poſſim ſecure ī ecclia mea ꝯmorari
vl ꝓuīcē. ſ. ꝓpt diuerſitatē lingue vel alia iu
ſta de cā: ſupplico vt de mea ꝓuidenda vel ec
cliam alij ꝓuideat ꝛ mihi ꝓuideat ī alia.
Credo ꝰ etiā ꝙ poſſit ei dicē: ꝛ tali meliꝰ ꝯpete
ret mea ecclia ꝛ mihi ſua: ex̄ de preb. inter ce
tera. Cō. Mo. Glo. aūt Ray. dicit ꝙ ptes
pñt ſine pcō ſibi iñuicē īſinuare volūtates ſu
as. Sed pmū tutiꝰ eſt ſm Al. vt in ſum. ti.
1. ti. 1. q. 6. Sed ꝛ ſcḋm īſtituen pōt qñ talis
tiniatio ſit ſine pacto: qꝛ necubi vſ ꝓhibitū
B Permutatio vō poſſeſſionū p ſe non
eſt ꝓhibita: qꝛ dat ibi tpale ꝓ tpali: ex̄ de re.
pmu. ad qōnes. Ita tñ ꝙ ſi altera pars ꝓpō
deret poterit pecunia refūdi vt ſic ad equali
tatē pmutatiōis ꝑueniat. Sʒ hic nō hec ꝙ p
mutatio ē qdā alienatio: vt ex̄ de re. ec. alie
nulli. Et ideo ſeruandus eſt modus qui dī
ſ. alienatio. §. 1.

Quando duo volentes ſua bñficia per
mutare libere ꝛ ſine fraude reſignant ī ma
nu epi: non poſſunt impediri per illos qui
habent litteras apoſtolicas de beneficijs va
caturis: ex̄ de re. permu. licet li. 6. Et ſi talia
beneficia conſecrantur alijs non valet: vt ī
cle. ne ꝓceſſione. ex̄ eo.

P Erplexitas alia iuris: alia facti: vt Ray. ponit.. Perplexitas iuris ē cū aliq̄s circa illō qō ſibi occurit faciēdū vl' nō īuenit diuerſas auct oꝛitates ſibi iuicē oppugnātes. Hec ꝑplexitas ꝑ peritoꝝ ꝯſciliū ꝛ ꝯtrarioꝝ cōcoꝛdiā rēfoꝛmāda ē. A De hoc latius ſ̄. cōfeſſoꝛ. 2. §. fi. ī additiōe B Alia ē ꝑplexitas facti: qñ vt ait Greg⁹ diabolus ſuggeſtione ſua pleroſq̄ ita peccare facit: q̄ten⁹ ſi pctm̄ foꝛtaſſe fugē appetāt ſine alio pctō nō euadēt. 13. diſ. nerui Et datur ibi ꝯſiliū q̄ tūc min⁹ malū eligat i. qō al' ſm ſe cōſideratū eēt minus pctm̄ Nā ṽitate inſpecta nō pōt aliq̄s eſſe ꝑplexus. i. neceſſitate aſtrict⁹ ad aliqō maluꝫ Unde Aug⁹: Uaſis ire nūq̄ꝫ deus reddēt interitum ſi ſpontaneum nō inueniret homo hēre peccatū. 23. q. 4. Nabuchodonoſoꝛ. Itē Aug⁹ Uſq̄ꝫ a deo peccatū voluntariū malū eſt vt nullo mō ſit malū niſi ſit voluntariū. 15. q. 1. § 1. circa fi. Con. Tho. in 4. di. 39. Similit' ꝛ oēs theologi. A Iō in ſum. li. 3. ti. 30. q. 9. B Si ſacerdos celebꝛās recolit ſe cōmiſiſſe aliqō moꝛtale. ſ̄ miſſa. §. 8. Et de tenētib⁹ opiniones diuerſoꝝ magiſtroꝝ. ſ̄. opinio. §. 1.

Erſonatus vide. ſ̄. dignitas. §. 1.

Ertinacia ē oppoſitū vitio mollitiei ꝛ ṽtuti ꝑſeuerantie: de q̄b⁹ hē. ſ̄. mollities

Ignus quid ſit. Rñ. ſꝫ Ho. eſt obligatio rei licite ꝓ debito facta. Fit aūt ad maioreꝫ ſecuritatē: q2 tuti⁹ eſt pignoꝛi incūbere q̄ꝫ agere ī ꝑſonā: vt ī inſti. de obli. q̄ ex deli. naſ. §. furti. Aū qñ trāſit ī ptātēꝫ creditoꝛis dicitur pign⁹: ſed ſi remanet apō debitoꝛē dī hypotheca: ſꝫ q̄ꝫtū ad actionē nō differūt A Idē in ſum. li. 2. ti. 7. q. 77. B

Quot modis ītelligant aliq̄ tacite pignoꝛi obligata. Rñ. ſm Hoſt. Multi̅s modis. Nā ſiq̄s tibi dotē ꝓ aliqua ꝓmiſerit oīa bona ſua tacite obligant. Itē ꝓ reſtituenda dote vxoꝛi oīa bona mariti obligant tacite ēt ſi ex̄ne⁹. ſ. q̄ mulierē nō hꝫ ī ptāte dotē ꝯfert. C. de rei vxo. ac. l. vnica. De hoc vide. ſ̄. dos. §. 2. ꝛ xi. q̄ icipit: Quid ſi maritus. Itē omnia bona ꝯductoꝛis iuecta ꝛ illata ī ruſtico ꝑdio ſciēte dn̄o niſi ad tp̄s inferant tacite obligata ſūt dn̄o ꝓ penſione In vrbano aūt nō diſtinguo vtꝝ dn̄s ſciat vel neſciat. C. de locato. l. certi. Itē bona tutoꝝ ꝛ curatoꝝ tacite obligant minoꝛib⁹ ꝓ eoꝝ officio: aut ſi nō adminiſtrauerūt C. ō admi. tu. l. ꝓ offō. Itē bona pꝛīſ tacite obligāt filijs ꝓ reb⁹ aduēticijs ꝛ ꝑcijs eaꝝ: vt. C. de bonis q̄ liberis. l. cū oꝫ. Itē bona matris ꝯuolantꝫ ad ſcōas nuptias ſūt filijs ꝑoris mr̄imonij tacite obligata: vt eis reſtituat q̄ a ꝑoꝛi marito lucrata fuit. C. de ſcōis nupti. l. hac edictali. §. plt. A Et ibi pꝫ q̄ hec reſtitutio faciēda ē ſaltē p⁹ moꝛtē mr̄is: cū interī ipa hēat vſufructū. B Itē bona defūcti tacite obligant, p' legat ꝛ fideicōmiſ. C. comunia de le. l. 1. A Idem in ſum. co. ti. q. 74. B

Que res pignoꝛi obligari pn̄t vl' non. R̄ ſm Ho. Obligari poſſūt tā res ꝑſētes q̄ꝫ future: vt fruct⁹ pēdētes: ꝑtus ācillaruꝫ fet⁹ pecoꝝ: ꝛ ea que naſcētur. ff. eo. ꝛ q̄ nō dū Itē res coꝛꝑales ꝛ icoꝛꝑales: vt cautiōes ꝛ ēt noīa debitoꝝ. ff. eo. cū ꝯuenit. Itē vſufruct⁹ ff. e. ſi is. Itē ſuitutes ruſtice: vt. l. q̄ꝫdiu pecunia ſoluta nō ſit his ſuitutib⁹ creditoꝛ vtat. Et ſi īfra certū diē non fuerit reddita creditoꝛi vēdere vicino valeat. ff. eo. l. ꝫ an vie. Sed hic caue ab vſura, ſic dī. j. §. 7. A Et ibi pꝫ q̄ quo ad vſū talis ꝯuentio ñ valet q2 eſt feneraticia: lꝫ lex ꝑmiſ'erit in dicta l. ſed an. B Urbane autē ſeruitutes non debent ſic pignoꝛari. Et ratio eſt ne ex varietate vſus vtētiū edificia deſtruantur ꝛ inutilia fiant. ff. eo. ſi is. §. fi. Pignoꝛi autem obligari non poſſūt: vt Hoſ. refert: res ſacre: vt vaſa ꝛ oꝛnamēta: vt C. de ſacroſan. ec. l. ſancimus nemini. A Niſi etiam ſuperflua vaſa habeat ꝛ debitum vrgeat. B Et ibi excipitur cā redemptionis captiuorum: vt pꝛo ea poſſint pignoꝛari: vt in tex. q̄ ſeq̄tur. A Neq̄ꝫ aliūde ex rebus mobilib⁹ ſolui poſſit: vt ī tex qui ſeq̄tur. B 10. q. 2. hoc ius. Uel niſi in alijs cāis neceſſarijs in q̄bus res eccl'ie alienari poſſunt. 12. q. 2. aurū. vide. ſ̄. alienatio. §. 1. Sꝫ nec res eccl'ie poſſunt pignoꝛi obligari: in auē. de alie. emphi. §. ꝛ qm̄ coll'. 9. Item liberi hominis nulla eſt obligatio: q2 ꝯ̄ria eſt libertati: ex̄ eo. c. 2. C. de ac. ꝛ obli. l. obes. C. que res pigno. l. qui filios. in auē. vt nulli iudi. §. q2 vero, coll'. 9. In caſibus tn̄ tenet obli-

gatio liberi hoīs: vt in redēpto ab hoſtibꝰ
C. de capti. ꝛ poſtli. reuer. l. fi. A Ubi pꝫ
ꝙ talis remanet obligatꝰ quouſqꝫ ſatiſfece
rit ꝑ precio ſue redēptōis ſaltē ſeruitio qn
quēnij B Itē ob neceſſitatē famis pater
filiū obligare poteſt. C. de pa͡ꝛ. qui fi. di. l. 2.
ꝛ. ſ. emptio. §. fi. A ꝛ ibi de hoc in additō
ne. Et idē qꝺ ī hꝰ §. nōt in ſū. co. ti. q. 75. B
An ſiqs res ſuas obligat itelligant̄ fu
tura. Rñ. de pſentibꝰ ꝛ futuris ſcīſſe preſu
mit̄. C. q̄ res pig. ob. pñt. l. fi. Sꝫ intelligit̄
exceptū omne illꝺ qꝺ ſpālit̄ obligaturꝰ nō
erat: vt veſtes ſupellectilia q̄ in vſu hēbat
ꝛ ſilia. C. que res pig. ob. pñt. l. 1. A addi
ta. l. obligatiōe cū ſequētibꝰ. ff. pigno. Idē
etiā nōtur in ſum. co. ti. q. 75. B Sꝫ bñ i
telligunt̄ obligata iura ꝛ actiōes. C. de ſen.
paſ. l. ſi adēptꝗ. ꝛ. l. caſꝰ. Si vero dicat mo
bilia ꝛ imobilia ꝛ ſe mouētia: nō ob hoc i
telligūtur actiones ꝛ nomina ſiue credita.
C. de pto. pigno. l. 1. Idē dicendū de his q
offerūt eccliē oīa bona ſua. Itē q obligat i
ſtrumēta: ꝛ de agris ꝛ de oībꝰ que ibi ꝯtinē
tur ſcīſſe vī. C. q̄ res pig ob. poſſūt. l. 2.
Quādiu pignꝰ remanet obligatū. Rꝰ
Quādiu ēt vnꝰ denariꝰ remanet ad ſoluen
dū. C. de diſtra. pigno. l. q̄diu. A Idē in
dicta. q. 75. in fi. ꝛ in dcā. l. q̄diu. pꝫ ꝙ pi
gnꝰ poteſt ēt vēdi: lꝫ maior pars pcij: ſꝫ nō
itegra fuiſſet ſoluta. B
Utrꝫ eccliaſtici redditꝰ ſiue ſtipēdia poſ
ſint pignorari vł obligari. Rñ. ſm Inno.
Nō poſſint obligari ſpāli ꝯuētione: ſed a
iudice ꝑ debito canonici: ꝛ ex cā iudicati
poſſūt obligar i: ar. de excep. rei iu. ſtipen
dia. ff. de re iudi. ꝯmodis. Ipē Ber. ex̄ de
de fideiuſ. ꝑuenit. Uide. ſ. locatio. §. vl. A
Idē qꝺ hic hr̄ in ſū. co. ti. q. 76: Et vꝫ intel
ligēdū qn̄ aliūde nō pōt debitꝗ ſatiſfieri: al
nec etiā p iudicē vident̄ poſſe obligari: vt i
dicta. l. ſtipendia. B
Utrꝫ vti pignore ſibi obligato ſit vſura
Rñ. Tho. ſcđa ſcđe. q. 78. Si pignꝰ ſit res
aliq̄ cuiuſ vſus pcio eſtimari pōt dꝫ ille q
mutuauit ꝯputare vſū illiꝰ rei in eſtimatio
nē eiꝰ qꝺ mutuauit: aliogn idē eſt ac ſi pecu
niā acciperet ꝑ mutuo qꝺ eſt vſurariuꝫ: niſi
forte eēt talˀ res cuiꝰ vſus ſine pcio ſolet con
cedi int̄ amicos: ſicē pꝫ de libro ꝯmodato.
A Idē in ſū. co ti. q. 77. B Et hoc intel
lige ꝙ ſit vſura ſi vtat̄ pignore ꝯſentiēte de
bitore. Si vero eo nolente: eſſet furtū. ff. de
furtis. l. pignore.
Quid de expēſis factꝗ a creditore in pi
gnore. Rñ. ſꝫ Ray. Creditor pōt exigere
vł ꝯpenſare nō ſolū expēſas q̄s fecerit col
ligēdo fructꝰ: ſꝫ etiā q̄s fecit bona fide circa
rē pignoratā: puta colēdo fundū vł paſcen
do iumētum: ꝛ hoc niſi fuerit imoderate.
A vel etiā tante ꝙ ea ex occaſiōe debitor nō
poſſit rē redimē: vt i. l. de q̄ ſtati. Et idē qꝺ
hic nōtur i ſū. co. t. q. 79. B ff. de pigno.
ac. l. ſi ſuos. Sꝫ fructꝰ quos ꝑcepit vł ꝑci
pere debuit cōputabit in ſortē. C. ꝺ pigno.
ac. l. 2. ꝛ ex̄ eo. cum contra.
Quid ſi pignꝰ periꝗt vł deterioꝛat̄. Rꝰ
Si ſine culpa creditoꝛ periꝗt vł detioꝛatū ē
nō tenet̄. Et nihilominꝰ debitor tenet̄ ſoluē
debitū niſi actū ſit ꝙ amiſſio pignoris libe
ret debitorē. Si vero culpa creditoris: te
netur creditor. C. ꝺ pigno. ac. l. 2. 4. ꝛ. 5. A
Idē in ſū. co. ti. q. 80. B
Quid aget creditor habēs pignꝰ ſi pa
ratus ꝯputare fructꝰ in ſortē petit reſiduū
debiti. Rꝰ ſm Ray. Pōt quidē pecuniam
mutuatā ꝑ actionē pſōalē petē. C. ꝺ pigno.
ac. l. q̄uis. ꝛ. l. diſtractꝗ. Itē pōt pignꝰ alte
ri pignorare. C. ſi pignꝰ pignori. l. 1. ꝛ. 2. Sꝫ
nūqd poſſit pignꝰ vendere: hēs in ſe. §. A
Idē qꝺ hic nōtur in ſum. co. ti. q. 78. B
Utrū creditor cui nō ſolui t̄ poſſit pignꝰ
vēdē. Rñ. ſm Ray. Si pactū fuit ꝙ poſſit
vēdē certo tpe vel modo vł ꝑſone vł pcio
dꝫ creditor denūciare debitori: ꝛ poſtea po
terit vēdere ſm formā ꝯuentā: ꝛ nō alr. Si
vero pactū fuit de nō vendēdo: nō poterit
vēdēre niſi poſt trinā denunciationē factā
debitori vt ſoluat: ꝛ ſi non ſoluat poſtea
poterit vēdē. Sꝫ ſi vēderet an̄ teneret̄ fur
ti. Si vō nullū pactum fuit ſufficit vna de
nunciatio: ꝛ poſtea elapſo biēnio. A .ſ. a
denūciatiōe vł a ſnīa iudiciali numerādo
vt in. l. fi. de qua. j. B poterit fieri vēditō
Probant̄ hec. ff. de pigno. ac. l. ſi ꝯuenit ꝺ
diſtrahēdo. C. ꝺ iure do. ipetrā. l. fi. A Iꝺ
in dcā. q. 78. B
Quid ſi pignore vēdito creditor mi
nus accepit q̄ erat debitū. Rñ. ſi hoc ven
didit bona fide pōt agē ad reſiduū. Et ſi plꝰ
accepit tenet̄ reſtituere debitori. C. de iure
do. impetrā. l. fi. A Iꝺ i ſum. e. ti. q. 81. B
Cui ꝛ ꝯ quē dat̄ actio pſecutiua pigno
ris ſiue hypothecaria. Rñ. ſm Hoſt. Da
tur creditori ꝯ quēlibet poſſeſſorē. ff. co. l.

pignoꝛis.ꝛ.l.debitoꝛē.ita quidē ꝙ ſi poſ-
ſeſſoꝛ hꝫ titulū lucratiuū:tūc creditoꝛ ha-
bet electionē vtꝝ agat pſonalit ꝯ debitoꝛē
vel hypothecarie ꝯ poſſidentē.C.eo.diſtra
ctis.ꝛ.l.perſecutionē.Et idē ſi hꝫ titulū o-
neroſū:ſi fuit fraudis cōſci⁹ ſ.qꝛ ſciebat rē
alijs obligatā.Sed ſi nō fuit fraudis ꝯſci⁹
nō pōt creditoꝛ ꝯ eū agere quouſqꝫ egerit
ꝯ debitoꝛē ꝛ fideiuſſoꝛē ꝛ mādatoꝛē:ꝛ po-
ſtea agi poterit ꝯ pignoꝝ poſſeſſores. A
Idē in ſū.eo.ti.q.82. B

Cui ꝛ ꝯ quē dat actio pignoꝛaticia.R°
ſm Ray.Pōt agē debitoꝛ vel heres eius
ꝯ creditoꝛē vel heredē ei⁹ vel aliū ſi forte
creditoꝛ rē ſibi pignoꝛatā i aliū trāſtulit:nā
ꝛ iſte poſſeſſoꝛ tenet cōputare in ſoꝛtē non
ſolū fruct⁹ quos ipſe pcepit:ſꝫ ēt oēs quos
anterioꝛes pceperūt a tpe pmi ꝯct⁹:ꝛ ſic ſo
luto reſiduo reſtituē dꝫ pign⁹:ex̄ eo.cū ꝯ.
A Idē in dicta q.82. B De pignoꝛatio
nib⁹ q̄ vocant repꝛeſalie:vide.j.repꝛeſalie.

**Pirata.** Pirate oēs ter i anno ab oꝛe ſūmi pontificis
excōicant:vt Hoſt.refert ꝛ ita ē. A
Idē etiā nōt dñs An.de bu.cū Jo.an.i.c.
excōicatiōi.ex̄ de raptoꝛib⁹ B

**Placere.** Utrum velle place re ſit peccatum:vi-
de.ſ.adulatio.§.pñ.

**Pollutio.** Utꝝ p pollutionē i ſōnis amittat vir
ginitas.Rñ ſꝫ Al.Nō:eo ꝙ volū
tas ꝛ deliberatio nō imediate voluptati coi
tus ꝯiungant. A niſi ſeq̄t placitū.Uñ vt
nōt in ſū.li.3.ti.3.q.22 Al.dic ꝙ ſi placet d̄
lectatio pollutiōis nocturne añ vl' poſt cre
do ꝙ v̄ginitas ē amiſſa.Idē credo de eo q
cām huic pollutiōi dat i vigilia p ꝯſenſū i
turpē delectationē vel actū:qꝛ tūc hec duo
ꝯiungūt in rōne vni⁹ pcti.Et ſic pollutō cō
ſequēs premiſſoꝝ alteꝝ in vigilia corrūpe
ret v̄ginitatē:ſic ē ꝛ hic.Sed ſi p venialē
negligentiā circa delectatiōes carnales:vl'
repletionē cibi ſiue pot⁹:vl' p aliō ſimile ei
us det occaſio pꝛet intentionē:nō credo v̄-
ginitatē amitti.Et addit Al.dicēs:Pollu
tionē aūt appellam⁹ eā ſolā q̄ ē p emiſſiōē
ſemis.Hoc aūt ita dixi:qꝛ triplex humoꝛ d̄
mēbꝛis genitalib⁹ fluit.ſ.ſemē vꝛina ꝛ hu-
moꝛ ſilis ſemini:q eſt medi⁹ int ſemē ꝛ vri-
nā:ꝛ diſtillat interdū ,ppter ſolū tactū ſemi
ne:vel ,ppter auditū aliquoꝝ turpiū.Sed

p ſolā ſemis reſolutionē amittit v̄ginitas:
qꝛ ipſa ſola ſupplet locū coit⁹ vel cōplet ei⁹
delectātionē:hec ibi. B Utꝝ pollutio no
cturna ipediat cōionē:vide.ſ.cōicare.§.5.

Utrū pollutio que in ſōnis icipit ꝛ i vi
gilia terminat ſit peccatū.Rñ.ſm Tho.in
4.di.9.pollutio q̄tū ad rōnem meriti vel
demeriti magis iudicat ſm pncipiū qd̄ eſt
i dormiēdo q̄ ſm finē q ē i vigilādo:qꝛ cō
poꝛalis mot⁹ non ptinet ad meritū vel de-
meritū:niſi ſm ꝙ a volūtate cāt̄ur.Ex quo
n.excitat⁹ eſt mot⁹ i dormiēdo nō ſubiacet
volūtati vigilātꝫ vlterius nec reputat euigi-
laſſe quouſqꝫ pfecte vſū libi arbi.recupera
uerit.Pōt tamē ꝯtingē ꝙ in ipa vigilatio
ne peccatū oꝛiat:ſiq dē pollutio placeat p
delectationē:qd̄ quidē erit veniale peccatū
ſi talis placētia ſit ex ſurreptione:moꝛtale
aūt ſi ſit cū delibato ꝯſenſu:pꝛecipue cū ap
petitu futuri.Ipa aūt poſt placētia nō fac
pꝛeteritā pollutionē peccatū.Qd̄ ſi placeat
vt nāe exoneratio vel alleuiatio peccatū ñ
credit. A Idē i ſum.li.3.ti.24.q.74. Et
aduertendū ꝙ pollutio nocturna i ſe non
habꝫ peccatū cū non ſubiaceat iudicio ſeu
poteſtati rōnis.Pōt aūt habere in ſua oꝛi
gine moꝛtale vel veniale ſm q̄litatē rei vñ
oꝛit.ſ.cogitatiōis ſeu crapule:vt colligitur
ex dictꝫ p Tho.ſcda ſcde.q.154.arti.5.Itē
ꝛ i ſuo accñte.ſ.p cōplacētiā.vt pꝛactū ē B

**Populus.** Quot homines faciūt pplꝫ.Rñ.
Decē.io.q.3.vnio.A Ibi nōt glo.
B ſicut duo faciūt ꝯgregationē:ex̄ d̄ elec.
c.i.ꝛ tres collegiū.ff.de v̄bo.ſig.neratius
ꝛ tñ retinet i vno.ff.qd̄ cuiuſqꝫ vniuer.no.
l.ſic municipiū.10.aūt aut.20.faciūt turbā
ff.vi.bo.rap.l.fi.§.i. A Immo.l.pꝛtoꝛ.2.
§ i.Et ibi dꝛ ꝙ.10.vel.20.faciūt turbam.B
Quatuoꝛ aūt vel qnqꝫ poꝛci vel decē oues
faciūt gregē.ff.de abigeis.l.oues. A Jō
in ſū.li.3.ti.30.q.15.vbi ēt ex hoc arguitur
ꝙ poteſt dici populum ſcādaliçari quādo
decem graues ꝛ honeſti de populo ſcanda
liçantur:lꝫ in populo ſint etiam mille. B

**Portio canonica.** De poꝛ tione canonica circa ſepulturas:vi
de.j.ſepultura.3.Item de poꝛtōe 2° legitia
filioꝝ ꝛ heredū:vide ſupꝛa legitima p to.

**Poſtulatio** quid ſit.Rñ.ſꝫ Hoſti.lꝫ Goff.

·poſtulacio·

dicat q̄ poſtulatio eſt grē petitio:ar.ex̄ eo
bone. Tu dic q̄ poſtulatio eſt alic⁹ pſone q̄
eligi ꝓhibeť non ꝓpter vitiū ſed ꝓpť defe
ctum q tn̄ poſtulatū non omnino īhabilez
reddit ad ꝓuidendū ecclie cócors ⁊ certa
capituli petitio. A Idem in ſum.lib.3.ti.
26.q.13. B

Quis ſit poſtuland⁹ vł nó. Rn̄. ſ3 Ho
ſti. In ṗmis quidé nó poteſt poſtulari cri-
minoſ⁹:puta ꝑiur⁹:homicida:vel iobediē ſ
Tales.n.nec eligi:nec poſtulari poſſūt:ex̄ e.
c.1.⁊.2. Ité nó ꝓfeſſus tacite vel expſſe non
poſtulať in regularē ṗlatū:ſicē nec eligiť:ex̄
de elec.cū cām.⁊.c.cū ad nr̄am.niſi neceſſi
tate iſtante:q2 nūc poſſet dūmó in regula fu
erit ꝯpetenť iſtructus:ſicut poteſt colligi:ex̄
de elc.cum monaſterium.⁊.c.officij .§.fi.
Ité nó poſtulať epiletic⁹:ſicē nec eligiť:ex̄ d
elec.cū inter canonicos.niſi forte ſit libera
tus ita q̄ iā ꝑ annū fuit lib.33.di.cóter. A
Et ibi p3 q̄ ſi talis ceciderit cū clamorib⁹
ſeu vexatióib⁹ in ꝑpetuū nó admittiť. B
Ité nec mutilat⁹:q2 talis oino īhabilis eſt
ex̄ de corpore vi.expoſuiſti. De hoc.ſ.vitia
tus corpore..§.2.⁊ ibidē de multꝭ vitijs cor
poralib⁹ ꝑ totum. Ité nec bigam⁹ vł irre-
gularis:q2 talia ⁊ ſilia oino inhabilem red
dūt. Qd̓ ſi tal' defect⁹ eſt qui nó reddit oino
īhabilē admittiť poſtulatio:nó poſtulari po
teſt ſi defect⁹ ſit in etate:ex̄ eo. A .ſ.de elec.
B cū nobis olī.§.plꝫ.⁊ vlt. Ité ſi defect⁹ ſit ī
ordib⁹. Nā ad oēs dignitates hn̄tes curā
poſtuland⁹ eſt q nó eſt ī ſacris:ex̄ de elec.du
dū.ſ.§.fi.ex̄ de eta.⁊ qlī. a multꝭ. Ité ſi ſit de
fect⁹ ī natalib⁹:ex̄ de elec.inotuit. Ité ſi ſit
eṗs:ex̄ eo.c.fi. Et ſi tal' eligereť: nó valeret
vt ibi hꝫ. A Idē ī dcā.q.13. B

Utrū clicus aliene dioceſis ſit poſtulan
dus vel poſſit eligi. Rn̄. ſm Ber.ex̄ de elec.
⁊ ſi vnanimiť. A Hoc.c.nó vꝫ ibi habe-
ri. B Quāuis clici nó poſſint dimittē ec
clīas ſuas ſine ꝯſēſu eṗoꝝ ſuoꝝ:nihilomi-
nus eligi pn̄t ſiue in ſua ſiue ī aliena dioceſi
ex̄ de elec.cū inť canonicos. A Hoc nōt
glo.ī c.inotuit.ex̄ de renū.⁊ addit q̄ ſi eṗs
malicioſe denegauerit lnīam ꝯpellēd⁹ erit
ꝑ ſuū ſuꝑiorē:ex̄ de iurepa.null⁹ Et ibidez
nōtur in dcā.q.13. B

Utrū religioſus debeat poſtulari vel eli
gi. Rn̄. Diuerſe fuerūt hactens opiniones
Hodie tenetur indiſtincte q̄ ſiue ī ſuo mo-
naſterio ;ſiue ex̄;ſiue etiam ad eṗalē digni
tatē eligi debet:vt nōtur ꝑ Jo.an.ex̄ d elc.
null⁹.li.6. A Et in dēo.c.null⁹.vꝫ expſſe
colligi:vbi etiā dꝛ q̄ null⁹ pót eligi ī ṗlatū
religióis niſi fuerit expſſe ꝓfeſſus. B

Si aliqs eligat poſtulādo vł poſtulan-
dū vel ipoſtulandū vel poſtuleť eligēdo vel
eligendū:vel ieligendū:⁊ h⁹i:hēs.s.elec-
tio.1.§.18.q incipit. In omni.

A quo ſit aliqs poſtulādus. Rn̄. Si ſit
eṗs a papa poſtulādus ē:ex̄ eo.c.fi. Si vo
patať defectū in ordine vel etate d3 poſtula
ri ab eo q in hac ꝑte diſpēſare pót. Vn̄ ſi a
liqs.20.ānoꝝ poſtuleť ad dignitatē ſine cu
ra:ab eṗo pót poſtulari. Si cū cura a pa
pa:vt.s.diſpēſatio.§.plꝫ.⁊ fi. Si vo ſit de
fectus q2 eſt clericus aliene dioceſis vel ſub
eſt alteri:vt religioſus ⁊ h⁹i:non o3 q̄ po-
ſtuletur:ſ3 eligi pót:vt dcm̄ eſt.s.§.3.⁊.4.
A Ad h⁹ pót reduci qd̓ nōť ī ſū.e.1.q.13. B

Quis pót poſtulare. Rn̄. ſm Hoſtiē.
Qui ⁊ eligē poteſt:ex̄ eo.bone.2.§.ceteruz
⁊ ꝑ to.ex̄ de elc.innotuit.⁊ v3 ſiue admittiť
poſtulatio ſi concors fuerit.ſ.ſi ab omnib⁹
fiat:vel ſaltē ſi due ꝑtes ꝯſentiūt:q2 tūc idē ē
ac ſi oēs cócordarēt:al' non facile admittiť
ex̄ de elec.ſcriptū.§.fi.nec regrit forma có
cilij:ex̄ de elec.q2 ꝓpter.ſ.vt fiat ꝑ modum
ſcrutinij ⁊ formatióis decreti. A i.ſm for
mā dicti.c.q2 ꝓpť. B Quāuis ſm quos
dā requirať ⁊ tuti⁹ ſit. A Ad hoc facit qd̓
hꝫ in ſum.eo.ti.q.15.⁊ ſe. B

Quis eſt effect⁹ poſtulatóis. Rn̄. q2 po
ſtulatóe admiſſa tanq̄ rite facta poterit po
ſtulat⁹ ꝯfirmari:ac ſi elect⁹ fuiſſet:ex̄ d elec.
cū monaſteriū. A ⁊ ſic ſuat curia ad vitā
dū circuitū:⁊ nos ſuare debem⁹:l3 d ordie
iuris videať:vt ꝑ poſtulationē,p⁹ quis ha-
biliteť vt poſſit eligi:exinde cófirmari ſm
Gof.⁊ Hoſti.vt in ſum.eo.ti.q.17.ꝑ.c.in
notuit.in fi.ex̄ de elc.vbi nó vꝫ bn̄ ꝓbari q̄
talis ſit ordo iuris. B

Utrū ꝑ poſtulationē aliqd̓ ius acgrať
poſtulato. Rn̄. ſm Jo.an.ſuꝑ.6. Si poſtu
latio cócors fuerit vel ſaltē a duab⁹ ꝑtib⁹
facta:pēdet quidē a grā generali:ſed tn̄ ſm
quoſdā peti pót ꝯfirmatio:ex̄ de elec.cum
monaſteriū.⁊.c.officij.§.fi. Et ſi talē admi
ſerit ſuꝑior diceť facere grām:ſi nó admiſe
rit facit iīuriā.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.§.plꝫ
Si aūt non ſit facta in concordia vel a due
bus ꝑtib⁹:ſed ex cā tūc dēpēdet a grā ſpāli
ex̄ eo.poſtulationē,⁊,c,bone, A vt p3 in

ſum.co.ti.q.18.Ho.dicit: Quicqd alij d i
xerunt ſic diſtinguo: aut poſtulatur aut vn⁹
poſtulat ꝛ alius eligit. Si duo poſtulatur
aut i alterū ꝯuenint due ꝑtes capituli ꝛ po
ſtulatio fit ex cā: puta ꝓpt vrgentē neceſſita
tē aut euidentē vtilitatē eccl'ie aut alteꝝ iſto
deficit. In p⁹ caſu acqritur ius poſtulatib⁹
adeo q etiā cōfirmatio peti poteſt: ar. ex̄
de elec. cū monaſterium. ſed nō acqrit ius po
ſtulato: niſi fuerit ſupiori poſtulatio p̄ſen
tata: tūc eni ſibi ius acquiret. Non tñ aget
poſtulatus ne p̄ſumptuoſe ſe ingerē videat
ar. ex̄. de elc. qualit. vel ꝗ in modum denun
ciationis ſōte admittei ꝓpter vtilitatē eccl'ie
ar. ex̄ q elec. publicato. Qd ſi neut duoꝝ
poſtulatoꝝ hab3 duas partes vl h3 ſed nō
fit ex cauſa: nō iuri: ſed gr̄e innit. Si autē
vnus eligit ꝛ ali⁹ poſtulat ꝛ i poſtulatū due
ꝑtes ꝯueniunt ꝛ fit ex cā: ꝑferi poſtulatio ꝛ
vincit electionē: ex̄ de elc. ſcriptū. Quod ſi
vn⁹ de duab⁹ partib⁹ deficiat vel cauſa non
ſubeſt elect⁹ obtinet: vt in dcō. c. ſcriptum
Et hec ſba ſi ꝑſone ſint idonee: alioqn per
ſona idonea electa ꝯ perſonā poſtulatā mi
nus idoneā cuius duas ꝑtes hēat: obtine
bit: ex̄ d elc. dudū. 1. §. fi. ꝛ dcō. c. ſcriptū. B

Utrū poſtulātes variare poſſint. Rñ. ſ3
Ho. Variare poſſūt re integra. ſ. quouſq3
miſerint ꝓ ꝯfirmatione petēda. Alig tñ di
cūt q nō: ſic de electiōe: vt. s. electio. 1. §. 15.
q incipit: Publicato. Si tñ poſtulantes ꝛ
ſupior a quo poſtulat cōcordarēt poſſent
reſilire nō obſtāte ꝯdictione poſtulati. A
Idem in ſum. co. ti. q. 10. ꝛ. 19. B

Poſtulati a papa q patiunt in ordini
bus vi etate defectū tenent in magna parte
ſeruare cōſtitutionē: ex̄ de elec. cupiētes. de
qua dcm̄ ē. s. electio. 1. §. 4. A Hoc ꝓba
tur in dcō. c. cupiētes. ad fi. vbi ē p3 q idē
eſt de omnib⁹ alijs poſtulatis ꝓterq3 de his
q ſūt alligati alijs eccl'ijs. B

Utrū eps poſtulat⁹ debeat ꝯſentire. Rē⁹
ſm Io. an. li. 6. Eps poſtulat⁹ ad aliā eccl'i
am ſic d3 rñdere: Nec ꝯſentio nec diſſētio
ſed in hoc volunt ati dñi pape me ſuppono:
ad hoc. 8. q. 1. i ſcripturis. A Hoc vī ſatiſ
ꝓbari i dcō. c. cupiētes. ad fi. B

Poſtulatio ſiue poſtulare ſm iuriſtas
eſt deſideriū ſuū ſiue amici ſui in iure apud
eum q iuriſdictiōi ꝑeſt exponere vel alteri⁹
deſiderio ꝯdicere. ff. de poſtu. l. 1. Et de iſta
poſtulatiōe hēs multa. 3. q. 7. §. tria.

# P Rebenda.

Quid ſit p̄bēda ſiū canonia Rñ. ſm Hoſti. P̄bēda eſt ius percipiē
di ꝓuent⁹ in eccl'ia competēs ſanct̄ vni de
collegio: ꝛ naſcit ex canonia ſicut filia: qꝛ ex
quo aliquis habet canoniam debet habe
re ꝛ p̄bendam: ex̄ eo. c. relatum. P̄bē
da igitur ꝓprie conſiſtit in fructuū perce
ptione. Canonia aūt in iure alicui⁹ q in ca
nonicum receptus eſt ad quod ius poſtea
pertinet p̄benda: ſtallus in choro: vox in
capitulo: vt in dicto. c. relatū. A Idem i
ſum. lib. 3. titu. 13. q. 17. B Dignitas vero
quid ſit: vide. s. dignitas: ꝛ ibi qd ꝑſonat⁹

Utꝝ in receptione canonicorum ꝛ col
latione p̄bendarum abſentes canoni
ci vocandi ſunt. Rñ. Si cōmode fieri vale
at vocādi ſunt niſi conſuetudo habeat eos
ad talia non vocari: al qd in eoꝝ abſētia fie
ret eis inuitantibus irritari d3: ex̄ eo. cum in
eccleſijs lib. 6.

# Receptuz.

vide. s. obediē tia. 1. 2. 3. ꝛ. 4.

# Redicator.

Sciēdum q offm̄ ꝑdicati onis oib⁹ laicis eſt interdictū: ex̄ de
hēti. ſicut in vno. Itē nō d3 admitti ad
ꝑdicādū q dicit ſe ꝑ viſionē miſſū a deo niſi
ꝓbet: ſicut ꝛ Moyſes ꝓbauit miraculo
de ꝯſe. di. 2. reuera. S3 nō ſufficit ad ꝓba
tōe3 bonoꝝ teſtimoniū. Uñ nec clic⁹ ad
mittit niſi mittatur: ex̄ de hēti. cū ex iniūcto
§. 1. Epi vero vbiq3 ꝑdicare poſſūt niſi ab
alieno epo i ei⁹ dioceſi ꝓhibeātur. Nul⁹
alius pōt niſi ab apoſtolica ſede vel ab
epo loci hāc habeat poteſtatē: ex̄ de hēti.
excōicam⁹. §. qꝛ vero. Et ſi ꝑdicat in mor
tali pc̄ō mortalr peccat: vt ponit Tho. in
4. di. 19. S3 an teneat eē ꝯfeſſus: vide s. cō
feſſio. 2. §. 5. A. Et ibi lati⁹ i additione
Et idē qd in hoc ꝑncipio notatur in ſum
li. 1. ti. 5. q. 19. ſm Hoſti. B

Officiuz ꝑdicatorū eſt ꝑcipuū i eccl'a
dei: ex̄ de hēti. cū ex iniūcto. Et multis ꝑui
legijs dotatur: ex̄ de ſta. regu. q dei timorē
ex̄ de excel. pla. nimiſ. 1 ꝛ 2. A In his ca
pl'is dr̄ ſpāli de ꝑuilegijs ꝑdicatoꝝ ꝛ mino
ru3. qꝛ ꝑdicatoꝝ ordo ꝛ fratru3 minorū tā
quā fideles clypei orthodoxe fidei ſpāli ſſ
hodie ꝑuilegio decorati ſūt ſm Hoſtien. ꝛ
in dicta. q 19. B

Predicator d3 hr̄e tria ꝑcipua. p⁹ vt

p

ſit īteri⁹ charitate ardēs.i.Coꝛ.ij.Si lin‑
guis hominū loquar ⁊ angeloꝝ:charitatē
aūt nō habeā fact⁹ ſum velut es ſonās:aut
cymbalū tinniēs.2°vt ſit exteri⁹ vita lucēs
Greg⁹ i homel.de decē v̓ginib⁹:Cui⁹ vita
d̓ſpicit reſtat vt ei⁹ p̄dicatio ꝯtēnat.3.q.7.§
pōꝛo.Nā q bn̄ p̄dcat ⁊ male viuit:deū iſtru
it quō eū ꝯdēnare d̓beat.40.di.mlti.xi.q.
3.p̄cipue.3°vt ſit ad actū p̄dicādi ꝯpetēs.
In quo quatuoꝛ ſūt ei attēdēda.p̄mū ē tē‑
p⁹.ſ.aptū.Vn̄ ſup illō.2.Timoth.4.Pꝛe
dica v̓bū iſta oppoꝛtune ipoꝛtune.ait Gre
g⁹.Dictur⁹ ipoꝛtune p̄miſit oppoꝛtūe:qꝛ
apud auditoꝝ mētes ipa ſua vilitate ſe de
ſtruit ſi h̄re opp̄tūitatē ipoꝛtunitas neſcit
44.diſ.ſit rectoꝛ.in fi.Scd̓z ē loc⁹ qꝛ fieri
dꝫ p̄dicatio vl̓ in eccl̄ia:vel in alio publico
⁊ honeſto loco:nō aūt in p̄uatꝭ locis vl̓ do‑
mib⁹:⁊ p occulta cōuēticula laicoꝝ ne foꝛ‑
te oꝛiat ſuſpitio hēſis.30.di.ſiqs ex̄.Mat‑
th.10.Quod i aure audiſtꝭ p̄dicate ſup te‑
cta.ex̄ de here.cū ex iuncto.circa p̄ncipiū
Terciū ē q̄litas audiētiū.Nā ſapiētib⁹ ⁊ do
ctis alta ⁊ ꝓfunda p̄dicare pōt:ſimplicib⁹
v̓o pauca ⁊ plana.i.Coꝛ.2.Sapiam loq
mur īt̓ pfectos.Et.i.Coꝛ.3.Lac vob po
tum dedi nō eſcā.Nō.n.poteratꝭ ⁊c̄.Itē in
fidelib⁹ ſecreta fidei nō ſūt p̄dicāda:niſi foꝛ
te ſigna apparēnt ꝙ vellēt cōuerti:⁊ tūc cū
cautela.42.di.i mādatꝭ.Quartū ē q̄litas
dicēdoꝝ.ſ.vt vtilia doceat:Eſai.48.Ego
dn̄s docēs te vtilia.Nō itaqꝫ fabulas aut
grāmaticalia ⁊ h⁹i.86.di.cum multa. A
Hec vident fuiſſe dcā Ray.vt in ſū.li.3.ti.
9.q.i. B De q̄ſtuarijs p̄dicātib⁹:vide.ī.
q̄ſtuarij.Quō p̄dicatoꝛes poſſint cū excōi
catis ꝑticipare:⁊ ab eis recipe:vide.ſ.ex‑
cōicatio.6.§.3.⁊ cū raptoꝛibus.ī.reſtitu‑
tio.5.§.fi.

p **Redo** dī qcūqꝫ alios p̄datur iniuſte.Et poſſumus q̄ꝫ tū ad pn̄s q̄tuoꝛ modos ponē.In
p̄mis qdē dicunt p̄dones q viatoꝛes ex‑
poliāt reb⁹ ſuis:vt dī.ſ.latro.2°dī p̄do mi
les qn̄ accipit ⁊ tollit a pſonis vltra ſtipen‑
dia ſibi cōſtituta.18.q.i.militare.3°ſunt p̄‑
dones p̄lati q vt ꝓcurationē ipendāt lega
to:vl̓ ſimiles expēſas faciāt plus extoꝛq̄nt
a ſubdiꝭ q̄ꝫ ſoluāt:ex̄ de imu.ec.qꝛ plerūqꝫ
4°dī p̄edo iudex ſiue officialis pecunias i
debite accipiens.C.ad.l.iul.repe.omnes.
Hec Hoſtien.

Que pena p̄donis.Rn̄.ſm.Ray.Ea
dem pena eſt p̄edonis q̄ ⁊ raptoꝛis cum
vterqꝫ raptoꝛ ſit.Et iō quos par facin⁹ coī
quinat pena dꝫ ſimul comitari.15.q.3.ſane
vide.ī.raptoꝛ.i.§.i.

**Relatus** q̄lis eē debeat col‑ ligi ex regula apl̄i ca quā hēs.ſ.oꝛdinand⁹.§.i.Item
pl̄a ꝑtinētia ad p̄latos.ſ.ep̄s.⁊.ſ.coꝛrectō
i.⁊.ſ.obediētia per totum.

**Reſbyter** quere.ī.ſacerdos Itē ſ.ꝯfeſſoꝛ ⁊ cō ſeſſio p totū.Itē ēt ſ.euchariſtia.
3°.Item ēt ſ.miſſa.

p **Reſcriptio** qd ſit.Rn̄.pꝛe ſcriptio vl̓ vſu‑ capio ē acq̄ſitio dn̄ij p ꝯtinuatōēꝫ
poſſeſſiōis tpis a lege diffinitū.ff.de vſuca
pi.l.3.Et ꝓp̄e qdē p̄ſcriptio eſt in imobili
b⁹:vt in domo ⁊ i agro.Dr̄ ēt locū i reb⁹
incoꝛꝑalib⁹:vt i futuris b⁹ actiōib⁹:⁊ h⁹i
ex̄ de cā.poſ.⁊ ꝓp̄e.cū eccl̄ia.19.q.3.quas
actiōes.Vſucapio ꝓꝓ̄o ē de mobilib⁹ ⁊ cō‑
plet triennio:ſed p̄ſcriptio req̄rit mai⁹ tp̄s
vt iā dicet. A Ad p̄dcā facit in Inſti.de
vſucapi.in p̄n°. B Al̓ vero qcq̄d d̓ p̄ſcri
ptōe dr̄ ⁊ de vſucaptōe intelligi dꝫ.

Que res p̄ſcribi pn̄t vl̓ q̄ nō pn̄t.Rn̄ď
Gnālit oēs res ⁊ oē ius p̄ſcribi pōt:ex̄ eo.
ad aures.C.de p̄ſcrip.30.vl̓.40.an.ſicut i
rē.Excipiunt q̄dā.In p̄mis qdē i crimib⁹
nullo tp̄e p̄ſcribit:ſꝫ poti⁹ ex diuturnitate
tp̄is augēt:ex̄ de ſimo.cū in eccl̄ie.34.q.5.
qd̓ deo.Itē nō p̄ſcribit ꝯ obediētiā viſita‑
tōēm ⁊ ꝯ ꝓcuratiōēm q̄ rōe viſitatiōis de
bent:ex̄.e.cū nō liceat.⁊.c.cū ex officij.ex̄
de cen.cū inſtātia.Et talia qdē nō p̄ſcribit
ſubdit⁹:qꝛ ea dꝫ p̄lato.Alius tamen pōt
talia p̄ſcribere:vtputa abbas:vel alius p̄‑
lat⁹ p̄ſcribit ꝯ ep̄ꝫ circa ſubditos ei⁹.Et ſi
cut dicit Inno.i h° cāu lꝫ ſubdit⁹ aliq̄liter
p̄ſcribat:non p̄ſcribit noīe ſuo:ſed potius
nomine alterius cui de ſubiectiōe rn̄det:vt
in dicto.c.cū ex officij.Item eccl̄ie ⁊ cetēa
ſacra vel religioſa loca:decime:p̄mitie ⁊
oblationes nullo iure poſſunt a laicis pꝛe
ſcribi vel poſſideri.16.q.3.§.pōt.ex̄ de pꝛe
ſcrip.cāni que.⁊.c.ſi diligēti.Et de hoc ſ.
decime.3.§.xi.q incipit.vtꝝ decime pꝛe‑
ſcribi.Item nō poteſt p̄eſcribi limes:vel
qd̓ adhēt limiti ep̄atuū vl̓ p̄ochiarum.16.
q.3.licꝫ.⁊.c.inꝭ.ex̄ de ꝑoch.ſup eo.Nō eſt

·preſcripcio·

ue termini ep̄atuū vel pochiaruꝫ ꝯfundan
A Q̄ȯ bene colligiť ex iurib⁹ allegatꝭ. B
Limes tñ p̄dioꝝ poteſt p̄ſcribi.16.q.4.vo
lum⁹.ex̄ eo.q̄ꝛ. Jtē nec liber hō pōt p̄ſcribi
16.q.3.pōt. Jtē res publice que ſūt i vſu po
puli romani vel aliaꝝ ciuitatū: vt vie platee
pōtes aqueduct⁹: ꝛ h⁹ͦi nō p̄ſcribunť. Jn
tellige nec in toto nec i parte.ff.de vſucap.
vſucapionē.C.de opi.pub.l.p̄ſcriptio. A
Jn dicta.l.vſucapionē.dı̄: Uſucapionē re
cipiūt maxime res corporales exceptꝭ reb⁹
ſacriſſcis publicis populi Romani ꝛ ciui
tatū. Jtē liberi hoib⁹. B Jtē publice fū
ctiones ſiue ciuilis canon.q.ſ.ſolui dꝫ rei
publice p̄ agris nō p̄ſcribunť a colonis: vt
in dicto §.pōt. Jtē poſſeſſiōes agroꝝ non
p̄ſcribunť a colonis.C.de p̄ſcrip.30.vl.40
an.male agiť. Jtē res furtiue vel vi poſſeſſe
ſeu ēt que naſcūť ex eis nō p̄ſcribūť aut vſu
capiūť: vt i iſti.de vſucap.§.furtiue. A Jō
qȯ in hoc.§.notať i ſum.li.2.ti.5.q.124.ſm
Ray.ꝛ Hoſt. B

Que ſūt ſpēs p̄ſcriptōis. Rñ.ſꝫ Ray
Omiſſis multꝭ alijs due ſūt. Una ē eni lon
gi tēpoꝛ: vt decē ānoꝝ inter p̄ſentes: vl.20.
iter abſētes: ꝛ intelligunť p̄ſentes q ſūt i ea
dē p̄uincia: ſed hodie debēt intelligi i ciui
tate ſm Ac. vt nōtur.C.de preſcrip.lō.tēp.
cū i lōgi. A Jn glo.q̄ etiā aſſiḡt rōem: qꝛ
hodie ſingule ciuitates habēt ſua reginnia
ſicut olim ſingule p̄uicie. B De re vȯ ñ
differt vbicūqꝫ ſit: vt in ea.l. Alia p̄ſcriptio
ē longiſſimi tpis: vt 30.vel.40.ānoꝝ: ꝛ hec
locū hꝫ inť laicos vel p̄uatas pſonas.16.q.
3.§.pōt. Contra eccliās vȯ q̄ſcūqꝫ neceſſa
ria ē p̄ſcriptio.40.ānoꝝ: ſiue p̄uata pſona
ſiue ecclia ꝯ eccliam preſcribat.16.q.3.q̄s
actiōes. A Et ibi ſubdiť: Uſucapiōe trien
nij preſcriptiōe ſuū locū habētib⁹. B Et
q.4.nec decennij.excipiť Romana ecclia
ꝯ quā nō p̄ſcribiť niſi ſpatio centū annoꝝ
16.q.3.nemo.ex̄ eo.cū nobis. A Jdeꝫ i
ſum.eo.ti.q.125.niſi ꝙ ibi nōtur ſm Hoſt.
glo. Ray.ꝛ Ul.ꝙ preſētes itelligūť qui ſūt
ſupioris: cūi his q̄ ad iuſticiā ptinēt obe
dire teneat̄: nō ē dubiū qn teneat̄ teſtimōi
uʒ ferre i his i qb⁹ ſm ordinē iur' teſtimo
niū ab eo exigit̄: puta i manifeſtis: ⁊ i his i
qb⁹ iſamia p̄ceſſit. Si aūt exigat̄ i nō ma
nifeſtis ⁊ de qb⁹ iſamia nō p̄ceſſit nō tene
tur ad teſtificādū. A Hoc verꝫ ſup crimi
nib⁹. Sʒ ſup cauſis pecuniarijs vr̄ teneri
ēt i nō manifeſtis.14.q.2.ꝗʒꝗʒ. B Si v̓o
reqratur teſtimoniū nō auctoritate ſupio
ris cui obedire tenet̄: tūc ſiqdē reqrat̄ ad li
berādū hoieʒ ab iniuſta morte: ſeu q̄cūꝗʒ
pena: vel falſa iſamia: vel aliquo dāno: te
net̄ hō ad teſtificādū: ⁊ ſi ei⁹ teſtimoniū nō
reqrat̄ tenet̄ facē qḋ i ſe ē vt v̓itatē denūci
et alicui q ad hoc poſſit ꝓdeſſe. Unde i p̄s
Eripite pauperē ⁊ egenū de manu pecca
toris liberate. Et ꝓū.24. Erue eos q ducū
tur ad mortē. Et Ro.p̄mo: Digni ſūt mō
te nō ſolū q faciūt: ſʒ ēt q ꝯſētiūt facientib⁹.
Uñ dic̄ glo. Cōſētire ē tacere cū poſſis ar
guere eos. Sup his v̓o q̄ ptinēt ad ꝯdēna
tionē alicui⁹ nō tenet̄ aliqs ferre teſtimoni
uʒ: niſi cū a ſupiore cōpellit̄ ſm ordinē iu
ri: qꝛ circa hoc ſi v̓itas occltat̄ nulli ex hoc
ſpāle dānū naſcit̄: ⁊ ſi iminet piculū accu
ſatori nō ē curādū: qꝛ ipſe ſe i hoc piculū i
iecit. A Idē i ſū.co.ti.q.184. Et p̄dictis
cō. Ray. cui⁹ ēt dciū fuit qḋ ſeqt̄. Et ibi pʒ
qḋ clari⁹ addit φ cū pp defectū ꝓbatōnū
qs videt ꝓximū rē ſuā amittē: ēt p̄uilegia
te pſone vl̓ ſacerdotes cogēdi ſūt v̓itatem
dicere.14.q.2.ꝗʒꝗʒ.ſi talis ē cā i q̄ liceat eiſ
teſtimoniū ferre. Nā nō licet i cā ſāguinis
Cō. Ul. Et addit glo. Ray. φ i odioſis ex
ceptionib⁹ vel criminib⁹ nō ꝯſueuerūt te
ſtes cōpelli paſſim: lʒ qn̄ꝗʒ cōpellātur: vt ī
inqſitionib⁹. B Ad hec p̄dicta pōt facē
xj.q.3.qſqs. Et i caſu p̄dicto de dāno etiā
ſacerdotes ⁊ alij clerici ⁊ religioſi tenētur
14.q.2.ꝗʒꝗʒ. Sʒ nō tenētur ſi talis ē cauſa
in qua nō liceat eis ferre teſtimoniū: vt in
cā ſāguis: vt dciū ē.ṡ. homicidiū.4.§.i.

Utrꝫ liceat homini teſtimoniū ferre de
his q̄ ei i ſecreto cōmiſſa ſūt. Rn̄. ſʒ Tho.
ſcḋa ſcḋe.q.70. De his q̄ cōmiſſa ſūt ho
mini i ſecreto p ꝯfeſſionē nullo mō dʒ te
ſtimoniū ferre: qꝛ h⁹i nō ſcit vt hō: ſʒ tāꝗʒ
miniſter dei: ⁊ maius ē vinculū ſacri quoli
bet hois p̄cepto. Circa v̓o ea que alr ho
mini ſub ſecreto cōmittunt̄ diſtinguēdū ē
Qn̄ꝗʒ.n.ſūt talia que ſtatʒ cū ad noticiaʒ
hominis venerit hō ea manifeſtare tenet̄:
puta ſi ptinēt ad corruptionē multitudinis
ſpiritualē vel corporalē: vl̓ in graue dānū
alicui⁹ pſone: vel ſi aliqd aliud eſt h⁹i qḋ
qs tenet̄ ꝓpalare vel teſtificādo vel denun
ciādo. Et ꝯ hoc debitū obligari nō pōt p
ſecreti cōmiſſū: qꝛ in hoc frāgeret fidē quā
alteri dʒ. Qn̄ꝗʒ v̓o ſūt talia que qs ꝓdere
nō tenet̄: vn̄ pōt obligari ex hoc φ ſibi ſub
ſecreto cōmittūtur: ⁊ tūc nullo mō tenetur
ea ꝓdere ēt ex p̄cepto ſupioris: qꝛ ſecretuʒ
ſeruare ē de iure nāli: nihil aūt pōt p̄cipi
hōi ꝯ id qḋ de ſe ē nāle. A .i. qḋ ē ḋ iure
nāli: vt i ſū.c.ti.q.185. vbi hec notātur. B

Utrꝫ diſcordia teſtiū infirmet teſtimo
niū. Rn̄. ſm Tho. vbi.ṡ. Diſcordia teſtiū
i aliqbus p̄ncipalib⁹ circūſtātijs q̄ variāt
ſubſtātiā facti: puta i tpe vl̓ loco vl̓ i perſo
nis de qb⁹ p̄ncipalr agit̄: aufert efficaciam
teſtimonij: qꝛ ſi diſcordāt i talib⁹ videt̄ ſin
gulares eē i ſuis teſtimonijs ⁊ de diuſis fa
ctis loq: puta ſi vn⁹ dic̄ hoc fcm̄ eē tali tpe
vl̓ loco: alius alio tpe vl̓ loco: nō vident̄ ḋ
eodē fcō loq. Nō tn̄ p̄iudicat̄ teſtimonio
ſi vn⁹ dicat ſe nō recordari: ⁊ alius aſſerat
determinatū tp̄s vl̓ locū. Et ſi i talibus oi
no nō diſcordauerit teſtes actoris ⁊ rei: ſi
ſint eq̄les numero ⁊ pareſ dignitate: ſtat̄ ꝓ
reo: qꝛ iudex facilior dʒ eē ad ſoluēduʒ ꝗʒ
ad cōdēnandū: niſi forte i cāis fauorabili
bus: ſicut in cauſa libertatis ⁊ huiuſmodi
A vt ē ēt cā matrimonij doti ⁊ teſti: ex̄ ḋ ſen.
⁊ re iudi.c.ſi. Si v̓o teſtes ſint ineq̄les: tē
iudex inqret v̓itatē ſm ꝯditiones q̄ ſtatim
ſubſequūtur. Pro quo facit.4.q.3.§.itē
in criminali.v̓.itē teſtiū. B Si v̓o teſtes

eiuſdē ptis diſſenſerint:dʒ iudex ex motu
ſui animi pcipe cui pti ſit ſtādū:vel ex nu'
mero teſtiū:vl'ex dignitate eoꝝ:vel ex ꝯdi
tione negocij ⁊ dictoꝝ. Multo aūt magis
vni⁹ teſtimoniū repellit ſi ſibipſi diſſideat
interrogat⁹ de viſu ⁊ ſcia:nō aūt ſi diſide'
at interrogat⁹ de opinione ⁊ fama:qꝛ pt ſm
diuerſa viſa ⁊ audita diūſimode mot⁹ eſſe
ad rñdēdū. Si vo ſit diſcordia teſtimoniꝝ
i aliqbus circūſtātijs nō ptinētib⁹ ad ſub'
ſtātiā facti:puta ſi tp̄s fuerit nebuloſū vel
ſerenū:vl'ſi dom⁹ fuerit picta aut nō:vl'ali
qd h⁹ i talis diſcōdia nō p̄iudicat teſtimo
nio:qꝛ hoīes nō ꝯſueuerūt circa talia mul
tū ſolicitari:vñ facile a memoria elabūtur
q̄nimo aliqua diſcordia in talib⁹ facit teſti
moniū credibili⁹:vt dicit Chryſo⁹. ſuper
Matth. quia ſi i oībus ꝯcordarēt ēt mini
mis:viderētur ex dicto eūdē ſmonē ꝓfer'
re:qđ tñ prudētie iudicis relinqtur diſcer
nēdū. A Predicta ēt lati⁹ ⁊ diūſis v̄bis
nōnt i ſū.c.ti.q.186.ſʒ Ul. ⁊ Hoſt. vbi etiā
addit ꝙ teſtis pōt corrigē dictū ſuū incōti
nēti:nō aūt ex interuallo:ex̄ de teſti.cogē.p̄'
terea. Itē ꝙ ſi ad reprobādū dicta p̄oꝝ te'
ſtiū iducātur ſcđi teſtes:oʒ iſtos ſcđos plu
res eē ⁊ lōge melioris fame q̄ꝫ ſint p̄mi:qꝛ
p⁹ publicationē atteſtationū magꝭ p̄ſumit
de ſubornatione teſtiū q̄ꝫ ante:ex̄ de ꝓba'
tio.licʒ.§.vlti. Itē ꝙ ſi neut poſſidet reʒ:⁊
vterqꝫ petit eā ab aliquo ex̄neo:⁊ teſtes iā
dicto mō ſūt pares diuidat res ſi pōt:ſicut
fuit iudiciū Salomonis int meretrices.3.
Regꝭ.3.⁊ ex̄ đ p̄ſūptioni.afferte. Sʒ ſi nō
pōt diuidi pōt iudex ḡtificare ⁊ dare cui
vult:ar.ex̄ de paro.c.i. Itē ꝙ ſi teſtes ꝯdi
cūt inſtrō ſēp teſtes p̄ualēt inſtrō niſi i his
q̄ meli⁹ ꝓbātur p inſtrumētū q̄ꝫ p teſtes:
vt ſnia lata:⁊ arbitriū:⁊ cōmiſſio fcā iudi
cib⁹:⁊ niſi i iuētario publice ꝯfecto ꝯ qđ ñ
admittūtur teſtes:⁊ niſi i iſtrō i quo mlier
ꝯſitet ſe recepiſſe pecuniā ꝓ fideiuſſiōe. C.
ad velleia.l.ātique. Sʒ certe iſta lex ñ vi ꝓ
bare id ad qđ allegat. B Ñ aūt vi ꝙ q° ad
acta iudiciaria iſtrumēta p̄ualeāt teſtib⁹:
cū dicta acta de neceſſitate debeāt i ſcriptꝭ
redigi. Uñ ſoli teſtes ad eoꝝ ꝓbationē ſuf
ficere nō vident:ex̄ de ꝓbatio.qm̄. Itē in
d.q.186.di ſm eoſdē:ꝙ oʒ ad min⁹ ꝙ per
q̄tuor teſtes reprobet inſtrm:qꝛ inſtrm ob
tinet vicē duoꝝ teſtiū:⁊ tabellio equipollet
vel eſt maior vno teſte. B

Quid de teſte falſo. Rñ. ſʒ Tho. ſecū
da ſcđe.q.70. Peccat mortalr inq̄ꝫtū per
iurus ē ⁊ inq̄ꝫtū facit ꝯ iuſticiā đ quo ē ſpe
ciale p̄ceptū i decalogo. Et talis indubitā
ter tenet ad reſtitutionē oīuʒ q̄ ꝓxim⁹ eius
amiſerit p ei⁹ teſtimoniū.14.q.5.nō ſane.
⁊.q.6.ſi res aliena.⁊.2.q.i.notū. A. Me'
li⁹ fac.c.ſi.ex̄ de iureiurā. Et p̄dictis con.
Ray. ⁊ Hoſti. vt i ſū.co.ti.q.187. B

## Timor

vtꝝ ſit pctm̄. Rñ. ſm Tho. ſcđa ſcđe. q.125.
Timor pctm̄ ē ſm ꝙ ē iordinat⁹:
ꝓut.ſ.ſugit qđ nō ē ſm rōnē fugiendum.
Hec aūt iordinatio timoris qñqꝫ ꝯſiſtit in
ſolo appetitu ſēſitiuo nō ſupueniēte ꝯſen
ſu rōnalis appetit⁹:⁊ ſic no pōt eſſe pctm̄
mortale ſʒ ſolū veniale. Qñqꝫ hec iordina
tio timoris ptingit vſqꝫ ad appetitū rōna'
lē q di volūtas:qñ.ſ.voluntas refugit ali
qd ex libero arbitrio nō ſm rōnē:⁊ talis i
ordinatio timoris quādoqꝫ ē pctm̄ mor'
tale:quādoqꝫ veniale. Si.n.qs ꝓpt timo
rē quo refugit piculū mortis vl' qđcunqꝫ
aliud tpale malū ſit diſpoſit⁹ vt faciat ali'
qđ ꝓhibitū vel p̄termittat aliqđ qđ ē p̄ce'
ptū i lege diuina:tal' timor ē pctm̄ morta'
le:alioquin veniale. A Idē in ſum.li.3.
ti.34.q.262. B

Utꝝ aliqs timor excuſet a pctō. R° ſʒ
Tho. vbi.ſ̄. Sicut p̄tactū ē timor intātuʒ
hʒ rōnē peccati inq̄ꝫtū ē ꝯ ordinē ratiōis
Rō aūt iudicat q̄dā mala magis eē fugiē
da q̄ꝫ alia:ſicut magis ē fugiēda mors cor
poralis q̄ꝫ amiſſio reꝝ. Uñ ſiqs ꝓpt timo
rē mortis latronib⁹ aliqd ꝓmitterʒ aut da
ret excuſaret a pctō qđ icurreret ſi ſine cau
ſa p̄termiſſis oīb⁹ bonis pctōrib⁹ largiret
Siqs vo icurrat mala magis fugiēda:vt
puta mala aīe.i.pctā:fugiēs mala corpis
puta flagella vel mortē:aut mala exterioꝝ
reꝝ:puta dānū pecunie. A ēt magꝭ q̄ꝫ dā
nū corpis:qꝛ magis ſūt timenda mala aīe
q̄ꝫ corporis:⁊ mala corporꝭ plus q̄ꝫ extri
ſecaꝝ reꝝ:ſm eū. Tho. i ſū.e.ti.q.263. vbi
hec notātur. B nō excuſat totalr a pctō
diminuit tñ pctm̄:qꝛ minꝰ volūtariū ē. nā
ex timore imponit q̄ſi q̄dā neceſſitas. Uñ
phs h⁹ i q̄ fiūt ex timore dicit eē nō ſimpli
citer volūtaria ſʒ mixta ex volūtario ⁊ iuo
luntario.

Utꝝ itimiditas ſit pctm̄. Rñ. ſʒ Tho.
ſcđa ſcđe.q.126. Intimiditas pōt ꝯtinger

triplicit. Uno mō quādo qs minus timet mortē q̄ debeat: vl aliq̄ mala tpalia ppt hoc qd min⁹ debito amet bona eis ɔtra: ſʒ q̄ nihil eoꝝ timeat non pōt ex tali defectu amoris ɔtingere. A ſʒ ex cauſis ſbſequētibus: vt i ſū. eo. ti. q. 264. vbi hec nō. B 2° ōt itimiditas ɔtigere eo q̄ qs eſtimat mala oppoita bonis q̄ amat ſibi ſupuenire nō poſſe. Qd quādoqʒ ɔtigit ex ſupbia ai de ſe pſumētis ⁊ alios ɔtēnētis: ſʒ q̄ dī Job 41. Fact⁹ ē vt nullū timeret: oē ſublime videt. 3° ɔtigit ex defectu rōnis: ſicut phs dicit. 3. ethicoꝝ. q̄ celte pp ſtulticiam nihil timēt. Unde pʒ q̄ eſſe ipauidū ē vitioſū: ſiue cauſet ex defectu amoris: ſiue ex elatiōe ai: ſiue ex ſtoliditate: q̄ tñ ſtoliditas excuſat a pctō ſi ſit oīno iuicibilis. De materia timoris quere. j. vis. ⁊. ſ. metus.

+ **Torneamētū** Torneamēta dicūtur i qbus milites ex ɔdicto ɔueniri ſolent: et ad oſtētationē viriū ſuaꝝ ⁊ audacie temere: ɔgredi: ex͂ eo. c. i. A Unde mortes hominū ⁊ aiaꝝ picula ſepe ɔueniūt: vt ibi. Et ſic vʒ q̄ q̄ltcūqʒ fiat talis periculoſus cōgreſſus ad oſtētationē viriū vocef a iur͂ torneamētū lʒ forte i diūſis ptib⁹ diūſimode nūcupef. Nā nō ē curādū de vocabul͂ ſed de reb⁹ ⁊ de rōne legis: vt i. c. itelligēcia. ex͂ de v̄bo. ſig. cum etiā i penalib⁹ pcedatur ad ſimilia vbi eſt eadē ratio: vt. ſ. ſortilegium. 2. §. 7. in additione. B

Utꝝ torneamēta facē ſit pctm̄. Rñ. ſʒ Guil. Tales mortalr͂ peccāt q: faciūt ɔ ɔhibitionē eccſie: ex͂ eo. c. i. Si aūt nō eēt ɔhibita ⁊ fierēt cā diſcēdi vſū armoꝝ ad ipugnādū ifideles: ⁊ ob defēſionē pāe: vel reipublice nō eēnt pctā. Sed itellige ſm Ho. q̄ ɔhibēda ſūt quādo mortes ⁊ corpori ⁊ aie iminēt i eis. Nā oʒ cogitari hoc euenire poſſe. ff. ad. l. aql͂. l. q occidit. §. in hac. ⁊. ff. locati. l. ſiqs domū. Et ludus noxi⁹ in culpa ē. ff. ad. l. aql͂. l. nā ludus. Et ſi qs eos ludos appellet ex qb⁹ crimia oriuntur: vt i pemio. ff. circa ſi. A Propter has cauſas ſatis pʒ q̄ hec de ſe illicita ſūt etiā ſi ab eccſia non ɔhiberētur: vt ⁊ ſentit Hoſti. ⁊ Goff. lʒ Guil. aliud dixerit: vt in ſum. li. 2. ti. 2. q. 2. B

Que pena pugnātiū i torneamentis. Rñ. ſm Ray. Pena ē q̄ ſi aliqs. A. ſ. q exercet tale torneamētū: vt i ſū. eo. ti. q. 3 vbi hec habetur. Idē vʒ ⁊ ſi nō exerceat ſʒ auxiliū i illo pſtet ſeu eius exercitio in aliquo ſe imiſceat: vt i. §. ſe. B ibi aliquē occiderit ēt caſu reus homicidij ⁊ irregularis erit: q: ludus tal͂ noxius ē ⁊ illicitus: ⁊ iō qcqd ex eo ſeqtur iputādū ē: ar. ex͂ de pſump. c. i. ⁊ ex͂ de homicidio. c. ſi. Itē q in torneamēto moritur nō dʒ i cimiterio ſepeliri: vt. ſ. ſepultura. 4. §. pmo.

Quid de his qad torneamenta accedūt aio pugnādi nō tñ ipſi pugnāt lʒ aliq ibi occiſi fuerint. Rñ. ſm Goff. Nō oʒ tales ad ordines pmoueri eo q̄ ad rē ɔdēnatā ⁊ ɔhibitā acceſſerūt. Idē Ho. A. Idē i ſū. e. ti. q. 4. Ur͂ tñ q̄ cū talib⁹ poſſit eps diſpēſar͂: vt pʒ. ſ. bellū. 2. §. 2. i additiōe. B

+ **Tranſactio** ē de re dubia lite icerta nec dū finita nō ɔtuita pactio. ff. e. l. j. A Idē i ſū. li. i. ti. i. q. i. ſm glo. Ray. B Litē aūt itelligas pſentē vel futurā: q: etiā ante litē pōt fieri tranſactio. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. ſiquis poteſt.

Utꝝ trāſactio ſit licita i ſpūalib⁹. Rñ. ſm Inno. Licita ē dūmō ex vtraqʒ parte tm̄ ſpūale ⁊ nō tpale intueniat: ex͂ c. ſtatuimus. ⁊. c. dececio. ex͂ de decl. ex mltiplici. ⁊ c. ſuggeſtū. ex͂ de reꝝ pmu. ad qōnes. Idē i bñficijs ſi petātur iure ptātꝭ: puta q̄ vna eccſia petit ab alia pbēdā quā dicit ad ſuā collationē ptinere. Sʒ ſi aliqs clericus petat ſibi bñficiū nō ē licita trāſactō ēt ſi vtrīqʒ dekſpūale: ex͂ eo. ɔſtitut⁹. Cōpoſitō aūt intueuire pōt: ex͂ eo. ſup eo. tal͂. ſ. q̄ ille clericus qui ius non habet vel non habere creditur penitus renunciet iuri ſuo ſine aliq̄ damnatione: vel etiam q̄ ius habens recipiatur in canonicum ſine damnatione. A Hoc eſt q̄ dicta compoſitio ſit amicabil͂ ⁊ gratuita: vt in dicto. c. ſuper eo. Et idem qd hic notaf in ſum. li. i. ti. 15. q. 44. vbi ⁊ addit ſm Hoſti. q̄ ſi dicta amicabilis cōpoſitio fiat ſine auctoritate iudicis pſonaf eſt ⁊ cum perſonis extinguitur. Si autem fiat cum iudicis auctoritate realis eſt niſi per iudicem aliud dictum ſit: ex͂ eo decetero. Item q̄ tranſactio aliquādo ponif p amicabili compoſitione: ex͂ eo. ex lrīs. ⁊. c veniens. Itē q̄ lʒ cōpoſitio auctoritate ſuperioris facta teneat mero iure: tamen reſtituetur eccleſie ſi ex hoc grauiter ledatur ar. extra de reſti. in inte. c. primo.

✠ **Ranſitus.** ṕue träſla° Qui
b⁹ de cauſis po
teſt clericus ſclaris träſire de vna
eccleſia ad aliá. ſcḋm. ſm Ray. Trib⁹ de cau
ſiſ. p̄mo. ſ. cá neceſſitatis: puta pp hoſtes
τ h⁹ᵒi: τ in hoc caſu etiá ſiqs auc̃tate ꝓpꝛia
träſeat nó puniſ cū cám hćat. Et ceſſáte ne
ceſſitate dꝫ recupare eccliam ſuá. 7. q. i. pa
ſtoꝛalis. 2° cá vtilitaſ. ſ. qñ pót eé magiſ vti
lis in alia ecclia: τ tūc pót träſire auc̃tate ſu
pioꝛis. 7. q. i. mutatióes. τ trib⁹. c. ſe. 3° cá
humilitatis ſiue ſcitatis: puta cū tranſit ad
religioné: τ tūc poſtq̃ꝫ ꝓfeſſus eſt non pót
petē p̄má eccliaꝫ aut redire ad ſclm. 7. q. i.
h neq̃q̃ꝫ. A Jdé in ſū. li. 3. ti. 28. q. i. B
Quid ſi cleric⁹ cá cupiditatis vel ábi
tióis temē träſit de vna ecclia ad aliá. Rñ.
Debet careř vtraq̃ꝫ. ſ. habita τ ábita. Pri
ma: qꝛ ſup be cá ɔtépſit. Scḋa: qꝛ cá auare
ɔcupiuit. 7. q. i. ſiqs eṗs. τ. §. ábitionis. ex̃
de tranſla. q̃ꝫto. Sed tamé eccleſia poteſt
eum repetere. 7. q. i. non opoꝛtꝫ. 2. c. ſiquiſ
vero. A Jdem in dicta. q. i. B
Quo qui hꝫ beneficiū cū cura ſi reci
pit ſimule vacat p̄mū: hés. s̃. beneficiū. i. §
4. Quó etiá teneaſ cleric⁹ ſiue platus i be
neficio reſidere: hés. s̃. reſidentia. §. i. τ. s̃.
cleric⁹. i. §. fi. A Et adde q̄ cleric⁹ ſine lñia
träſiés ſeu in bñficio nó reſidés ꝓut teneſ
dꝫ ipſo bñficio p̄uari ſi admonit⁹ ſe nó coꝛ
rexerit: ex̃ de cle. nó re. c. relatū. τ nõ. in. d.
q. i. ſm Hoſti. Qd́ eſt itelligendū excepto
cáu de quo. s̃. ꝓxie: vꝫ qñ träſit τ capit aliá
eccleſiá cá cupiditatis: in quo nó vꝛ̃ neceſ
ſaria admonitó vt p̄tactū eſt. B
Quo träſeūdū ſit de vna ecclia ad aliá
Rñ. ſm Ray. Si eſt eṗs nó pót träſire ſi
ne exp̄ſſa lñia pape. 7. q. i. mutatóneſ. ſiue
ſit ɔſecrat⁹ ſiue elect⁹ τ ɔfirmat⁹: ex̃ de tran
ſla. inter coꝛpalia. Si v̓o ſit iferiõ τ träſit ad
aliá eccliam eiuſdé eṗat⁹: ſic ſufficit tacituſ
ɔſenſuſ eṗi: ar. 33. q. 5. qui vxoꝛé. Si v̓o ip
ſe ſubeſt iferioꝛi p̄lato τ träſit ad eccliá nó
ſubditá illi tūc ɔſéſus exp̄ſſus regréd⁹ eſt
ar. 58. di. c. 2. τ. 9. q. 3. ɔqueſtus. Cū aūt trä
ſit ad eccliá alteri⁹ eṗat⁹ neceſſarius eſt ex
p̄ſſus ɔſenſus eṗi: τ etiá alt̃ius ſi hꝫ aliū
s̃. ſe p̄ter eṗꝫ. 71. di. p totū. 85. di. floꝛétinū.
7. q. i. eṗs de loco. ex̃ de renū. admonet. A
hoc. c. nó vꝛ̃ ibi hẽri. Et idé qd́ i hoc. §. nõ
in ſū. eo. ti. q. 2. vbi etiá pꝫ q̄ id qd́ ſeqꝛ ſu
ꝑ dc̃m glo. Ray. B hodie tñ de ɔſuetudi
ne lñia nõ petiſ. Poꝛro de träſitu vnius re
ligionis ad aliá hés. s̃. religio. 5. p totum.
Nõ q̄ q träſit de vna ecclia ad aliá d̓ mío
ri ad maioꝛé träſiř dꝫ. 93. di. legim⁹. ex̃ de
träſla. c. i. Et tūc aliqs p̄latus dꝛ̃ träſlat⁹ cū
eſt ɔfirmatus τ obtinuit coꝛpalé poſſeſſio
né. 21. q. 2. ſiqſ iá träſlat⁹. τ ibi hoc nõ. glo.
B Et tūc. nihil dꝫ hře cóe cū pꝛioꝛi ecclia
vt ibi dꝛ̃. Secus ſi nó hꝫ coꝛpalé poſſeſſio
nem. 93. di. ſiqui eṗi. Et de hoc etiá extra
de elec. cum in cunctis.

✠ **Reuga.** Qui tpe treuge bo
na ſua p mare vel p
terrá auferūt ſaracenis: rapiná có
mittūt τ ad reſtóeꝫ teneſ: τ poſſūt puniri
a pꝛincipe cuius treugá frágūt: qꝛ fides ē
hoſti ſuáda ē. 23. q. i. noli. 22. q. 4. inocés.

**Tutela.** Triplex eſt tutela. ſ.
teſtária: vt qñ pater
dat tutoꝛé filio in teſtó. Jté legitia
vt que deferſ a lege: vt cū null⁹ eſt tutoꝛ p
teſtñ: tūc qui p̄mo loco dꝫ ſuccedē huic ab
íteſtato teneſ ſuſcipē tutelá h⁹ᵒi. Jté datiua
vt qñ nullo tutoꝛe dato in teſtó: vel nó ex
tantib⁹ ɔſágnineis ad tutelá idoneiſ iudex
ex officio ſuo dat tutoꝛem. Et durat tutela
vſq̃ꝫ ad completum. 14. annum pupilli: τ
íde incipit cura: que durat vſq̃ꝫ ad. 25. an
num. A Dicta differentia tutelarum
ponitur etiaꝫ in ſum. li. 2. ti. 8. q. 2. ſm glo.
Ray. τ hec materia late tractatur: in inſti.
de tute. per totum cum multis ſequentib⁹
ti. vſq̃ꝫ in finem pꝛimi libꝛi. B
Utrum clerici teneantur ſuſcipere ali
quá tutelam. Rñ. ſm Jo. di. 86. c. fi. Nul
lam coguntur recipere: legitimam tamen
poſſunt recipere ſi volunt: vt in dicto. c. fi.
Et eſt hoc pꝛiuilegiū clericoꝝ q̄ lꝫ poſſint
ſuccedere alicui ab inteſtato: non tamen te
nentur recipere tutelam: lꝫ in laicis aliud
obtineat. C. de legit. tuto. auc̃. ſicut heredi
tas. A Pꝛedicta nota. glo. in dicto. c. fi.
Notantur etiam in ſum. in dicta. q. 2. ſm
glo. Ray. Glo. etiam in dicto. c. fi. dicit q̄
clerici non poſſunt teſtamentariaꝫ nec da
tiuam recipere per. c. Cypꝛianus. 21. q. 5.
quod bene facit. B
Utrū eṗs vel monach⁹ poſſit recipere
tutelá. Rñ. ſm Jo. vbi. s̃. Eṗs vl móach⁹
etiá volés nó poteſt recipē tutelam legiti
mam: vt in aucten. de ſanctiſ. epiſcopis. §.
deo aūt amabiles. Uel dic q̄ illi auc̃tēce

derogaꝛ p illud decretū: di. 86. pueniꝛ. ita ꝙ ſi velint poſſint recipere legitimā: ſꝫ nō datiuā vel teſtamētariā. Sed ad tutelam cōmunē miſerabiliū pſonaꝝ oēs clerici vel mōachi tenētur: vt in dicto. c. puenit. ꝛ. 88 di. c. i. ꝛ. c. epſ gubernationē. A Ibi dr̄ Epiſcopus gubernationeꝫ pupilloꝝ ꝛ viduaꝝ ac peregrinoꝝ nō per ſeipſū ſꝫ p archipreſbyteꝝ aut archidiaconuꝫ agat. Et hic tex. facit ꝙ epiſcopꝰ nō pōt adminiſtrare tutelā etiā legitimā p ſeipſū. Et ita pōt intelligi dictus. §. deo autē. per alios autem ſic. Et ita intelligaꝛ. c. peruenit. vbi etiā gl. notat que ꝛ in iſto §. habētur notātur etiā in dicta. q. 2. ſm Ray. Et addit glo. ciꝰ ꝙ monachi ſeu aliꝗ religioſi poſſūt recipe tutelā miſerabiliū perſonaꝝ ꝛ etiā legitimaꝫ de conſenſu tamē p̄latoꝝ ſuoꝝ: ꝛ nō alſ. 12. q. i. non dicatis. B

**Turpe lucꝝ** vide. ſ. elyna pmo. §. vlti. ꝛ ſ. reſtitutio pmo. §. antepſt. A ꝛ ibi de hoc latius in additione. B

**Vana gloria** regre. ſ. glia vana. Itē de veſtibus. ī. veſtis. A ꝛ latius. ſ. ornatus in additione. B

**Vaſallus** dicitur ille q habet feudum ab aliquo vt ſupra feudum.

**Velatio uirginum** vide ī. virginum conſecratio. §. pmo.

**Venatio** vtꝝ ſit licita. Rñdeo ſm Hoſti. Venatio ſi fiat tēpore quo debent homines eſſe in eccl'ia ꝛ orare: ē oībus interdicta. 86. diſ. §. an putatis. de ꝯſecra. di. 3. irreligioſa. ꝛ diſt. 5. ieiuniū. Et intellige niſi eſſet neceſſitas: vt ſi fames vrgeret vel beſtie vaſtarent hoīes vel ſegetes. C. de fer. l. 3. A. Iō ī ſum. li. 3. ti. 29. q. 12. ſm Hoſt. B Aliꝭs aūt diebus licita ē laicis. A. ſ. p carnibus ꝛ pellibus habēdis: alſ nō ſꝫ Ray. ꝛ Goff. vt in dicta. q. 12. B ſed clericis illicita: tamē cauſa ſanitatis ꝛ recreationis eſſet licita niſi eēt nimis frequētata aut clamoroſa: ex̄ de cle. vena. c. pmo. ꝛ. 2. A In his. c. ꝛ in. c. pmo. ex̄ ne cle. vl' monaſtis claret ꝙ omnibꝰ clericis indifferēter venatio interdicitur ſiue cū canibꝰ ſiue cū auibuſ: licet aliꝗ ſenſerīt ſiue uaris tamē auctoritate ꝙ clici qñꝫ poſſēt cā recreationis venari: vt ī dicta. q. 12. B Epiſ vero oīno p̄hibita ē: vt ibidē nota. plura ꝯ venatores clericos. 86. di. c. q venatoribꝰ. ꝛ c. ſe. A Hic clarius vt nōt glo. 86. di. qui venatoribus ſup ỽbo venatoribus. qđ et poſitū eſt. ſ. ferie. §. 6. in additione. Predicta etiā tanguntur in dicta. q. 12. B

Vtꝝ ſerui teneātur obedire dñis venari volētibus tpibus p̄hibitis. Rñdeo ſm Guil. Nō tenētur ſerui obedire dñis in rebuſ illicitis: quale ē hoc ꝯ illud: Primū ꝗrite regnū dei. Idē i ſū. co. ti. q. 13. Vr̄ tamē ꝙ excuſenꝛ a peccato in talibus ſi coguntꝛ per inſtrumētū: vt. ſ. ferie. §. 8.

**Venditio** Vtꝝ liceat vendere arma venena: ornamēta: taxillos: ſcachos: ſerta ꝛ hꝰ modi: vide. ſ. negociatio. §. 5. ꝛ ſequētibꝰ. De auro alchimicho. ſ. emptio. §. 5. i medio. De vēditione facta ſub mō vel ſb cōditione. ſ. donatio. i. §. 5. Vtꝝ liceat emere vel vēdere nūc ad certū terminū dande rei vel dādi p̄cij: ꝛ multa talia; vide. ī. vſura. 3 per totum. ꝛ. ſ. emptio.



**Veneficium** vide. ſ. maleficium. ꝛ ſupra ſortilegium ſecundo.

**Veniale peccatum** vide ſupra peccatum. 3.

**Verberatio** vide ſupra percutere.

**Veſtis** Vtꝝ circa exterioꝛē apparatū veſtiū ſiue alioꝝ hꝰi poſſit eē ỽtꝰ ꝛ viciū. Rñ. ſꝫ Tho. ſcđa ſcđe. q. 169. In rebus exterioribꝰ pōt eē pctūm imoderātie duplr. Vno mō p cōparationē ad ꝯſuetudinē hoīuꝫ cū qbꝰ aliqſ viuit. Vñ dic Aug. 3. ꝯfeſ. Que ꝯ mores hominū ſūt flagitia p moꝝ diuſitate fugiēda ſt: vt pactū int ſe ciuitati ꝛ gētis ꝯſuetudine vl' lege firmatū: nulla ciuis aut pegrini libidie violeꝛ. Turpis ē. n. oīs ps vniuerſo ſuo nō ꝯgruēs. Alio mō pōt eē imoderatio ex iordiato affectu mētis: ex quo qñꝫ ꝯtigit ꝙ hō nimis libidinoſe talibus vtaꝛ ꝛ hoc ſiue ſm ꝯſuetudinē eoꝝ cū qbꝰ viuit ſiue et p̄ter ꝯſuetudinē eoꝝ. Cōtigit autē iſta iordinatio affectꝰ triplicit ꝗtū ad ſupabūdātiā. Vnoꝰ per hoc vt hō ex ſupfluo cultu veſtiū gliaꝫ hoīuꝫ ꝗrat: put. ſ. veſtes

⁊ alia huiuſmodi homini ptinēt ad orna-
tū quēdā. Ūn̄ Greg. dicit i homilia: Sunt
nōnulli q cultū ſubtiliū ꝓcioſarūq; veſtiū
nō putāt eē peccatū: qð vȝ ſi culpa nō eſſȝ
neq̄q̄ ſermo dei tā vigilāter exꝓmeret ꝙ
diues q torq̄bat apud iferos byſſo ⁊ pur-
pura indut⁹ fuiſſet. Nemo qppe veſtimēta
ꝓcipua vl' ꝓcioſa. ſ. excellētia ſtatū ꝓpum
niſi ad inanē gliam q̄rit. Alio mō ſm ꝙ
hō p ſupfluū cultū veſtitū q̄rit delicias ſȝ
ꝙ veſtes ordinātur ad corpis fomētuȝ. 3°
mō ſȝ ꝙ nimiā ſollicitudineȝ apponit ad
exteriorē cultū veſtiū ēt ſi nō ſit aliq̄ iordi-
natio ex pte finis. Ex pte quoq; defectus
pōt eē duplex iordinatio ſm effectū. Uno
mō ex negligētia hoīs q nō adhibet ſtudi
uȝ vl' laborē ad hoc ꝙ exteriori cultu vta
tur ſm ꝙ oȝ. Ūn̄ phs. 7. ethicoꝝ dīc ꝙ ad
mollitiē ptinet ꝙ aliqs trahat veſtimētuȝ
p terrā vt nō laboret eleuādo ipſū. Alio°
ex eo ꝙ ipſū defectū exterioris cult⁹ ad gli
am ordinet. Ūn̄ dicit Aug⁹. de ſmone dn̄i
i mōte: Nā nō i ſolo reꝝ corpaliū nitore at
q; pōpa: ſȝ ēt i ipſis ſordib⁹ ⁊ luctuoſis eē
poſſe iactātiā ⁊ eo piculoſiorē quo ſub no
mine ſeruitutis dei decipit. Et phs dīc ꝙ
ſupabūdātia ⁊ defect⁹ inordinat⁹ ad iactā
tiā ptinet. A De hac mā ornat⁹ tā viroꝝ
q̄ȝ mulieꝝ ⁊ veſtiū ⁊ aliaꝝ reꝝ lati⁹ dcm̄ eſt
ſ̄. ornatus in additione magna. B

Utrꝝ aliqb⁹ liceat vti vilib⁹ aut ſēp ſit
pctm̄. Rn̄. ſm Tho. vbi. ſ̄. peccat q viliori
b⁹ veſtib⁹ vtiť q̄ȝ ceteri: ſi hoc faciat ꝓpter
iactātiā vel ſupbiā vt ſe ceteris ꝓferat Uiti
uȝ. n. ſupſtitionis ē. Si aūt hoc faciat ꝓpť
macerationē carnis vl' humiliationē ſpūs
ad ꝟtutē tēperātie ptinet. Precipue autē
cōpetit vilib⁹ vti his q alios ꝟbo ⁊ exēplo
ad pniam hortātur: ſicut fuerūt ꝓphe ð q
b⁹ aplus dicit ad Hebr. xj. Circuierūt i me-
lotis ⁊ pellib⁹ caprīs. Et glo. Matth. 3°.
dicit: Qui penitentiam predicat habitum
penitentie pretendat.

Utrꝝ ↄſtituti i dignitatib⁹ vel miniſtri
altaris debeāt vti ꝓcioſiorib⁹ veſtib⁹. Rn̄.
ſm Tho. vbi. ſ̄. In eis nō ē vitioſū ſȝ po-
tius debitū ad ſignificādā excellētiā ſui mi
niſterij vl' cultus diuini. A Iſtud ſȝ poti
us debitū nō ē ꝟbū Tho. vt pȝ p eundem
ſcða ſcðe. q. 169. arti. i. ad ſi. Pōt tamē ve
rificari inq̄ȝtū cōpetēter deceat: maxīe vt
deputata ad diuinū cultū ſunt mūda ⁊ niti
da: vt ex̄ de cuſto. eucha. c. relinq. B De
veſtibus ⁊ ſacerdotū paramētis ↄſecratis
habes. ſ̄. conſecratio. 5.

Utrꝝ mulieri liceat vti veſte virili. Rn̄.
ſm Tho. ſcða ſcðe. q. 169. Nō. nā cult⁹ ex
terior vt ꝓdictū ē in. §. i. cōpetere dȝ ↄditō
ni pſone ſm ↄſuetudinē cōem: ⁊ iō ð ſe vi
tioſū ē ꝙ mulier vtať veſte virili vl' ecōuer
ſo. Qð ⁊ ſpāliter ꝓhibeť Deut°. 22. qr gēti
les tali habitu vtebātur ad idolatriā. Po
teſt tm̄ hoc quādoq; fieri ſine pctō ꝓpť ali-
quā neceſſitatē vel cā occultādi ſe ab hoſti
bus: vel ꝓpter ðfectū alteri⁹ veſtimēti aut
aliud h⁹i. De ornatu ꝟo mulieꝝ. ſ̄. ornat⁹
A tibi latius in additionibus. B

# Vicarius

In qbus caſibus qs poſſit ecclie per
vicariū deſeruire. Rn̄. ſm Hoſti.
Regulariter reſidere dȝ: vt dictū ē. ſ̄. reſi-
dentia. §. penul. ⁊ vlt. A Et meli⁹ in ꝓn-
cipio. B Pōt tamē i caſib⁹ p vicarium
deſeruire. Prim⁹ eſt rōne occupationis.
Hac occaſione excuſať epſ q in ecclia ca-
thedrali hȝ aliquē loco ſui: ⁊ ipſe in came
ra ſua dicit horas ⁊ poſtea expedit occur-
rētia. Hoc idē intelligo de quolibet legiti
me occupato: ex̄ de cele. miſſ. c. i. Dȝ tamē
epſ celebrare in ecclia die dominico: ⁊ ali
is ꝓcipuis feſtiuitatib⁹ niſi excuſet neceſſi-
tas. 7. q. i. tpis. in ſi. 2⁹ eſt rōne ſtatuti ſiue
ↄſuetudinis: ar. ex̄ de ↄſti. cū oēs. in ſi. 3⁹
ē ratione ꝓuilegij ſiue diſpēſatōnis: ex̄ de
ſi. presby. ꝓpoſuit. Hūc caſū frequēter cō
cedit papa habētib⁹ pluralitatē bn̄ficioꝝ
⁊ addit: dum tamē cura aiaꝝ nō negligať
⁊ ecclijs faciat per vicarios idoneos deſer
uire. Et nota ꝙ h̄ caſus cū precedēti non
hȝ locū ſi ecclia fuerit ſeruitorib⁹ deſtituta
ex̄ de cle. nō reſi. cū ad hoc. Ex quo. n. cō-
ſuetudo cepit eſſe irrationabilis ⁊ eccleſie
oneroſa tenēda nō ē: ex̄ ð ↄſue. c. i. ⁊ ſi. 4⁹
quādo epſ hȝ ſub ſe hoīes diuerſoꝝ rituū
⁊ linguaꝝ. Nā illis hȝ p vicariū deſeruire
ex̄ de off. ordi. qm̄. 5⁹ qn̄ qs hȝ prebēdam
i ecclia cathedrali cui ānexa ē ecclia paro
chialis. Nā talis in ecclia cathedrali deſer
uiret: ⁊ in annexa deſeruiret p vicariuȝ: ex̄
de prebē. extirpande. §. q ꝟo. ⁊ c. expoſui
ſti. 6⁹ ē ratione defect⁹ ſiue debilitatis ſuper
uenientis. 7. q. i. c. i. ex̄ de cle. egro. c. ꝓmo.
plt. ⁊ vlt. 7⁹ quādo neceſſario hȝ ꝓficiſci:
vt qr cruce ſignat⁹ ē: ex̄ de voto. c. ii. A Et
ibi patet ꝙ hoc ē veꝝ quādo p clericorum

ſnoꝝ abſētiā ꝫ eccliē enormiter nō leduntur: ⁊ ipſi clerici poſſūt ꝑ terre ſcē vtiles eē ⁊ bo pariter ⁊ exēplo. B Et ſilr qn̄ ꝓficiſci hꝫ vtiliter ⁊ honeſte: vt cauſa ſtudioꝝ ſiue pe grinationis: ⁊ de licētia ꝑlati: ex̄ de cle. nō reſi. relatū. de cōſe. diſ. 5. nō oꝫ. Aliqui po nunt plures caſus ſꝫ iſti vident eē ꝑncipa liores. A q: ⁊ alij ad iſtos poſſūt reduci ⁊ oēs ad hoc gnāle: vꝫ quādo rationabilit̄ vrget neceſſitas: ex̄ de re. iur. qd nō ē. ⁊ ꝑt colligi ex his q̄ nō. in ſum. li. ꝑmo. ti. 7. q. 30. vbi ⁊ ſupradicta oīa ponūtur ſm̄ Ho ſti. Goff. ⁊ Al.

Quis ē vicarius ꝑpetuꝰ. R̄n̄. Talis ē q curā hꝫ ecclie cuius vicarius ē: ex̄ d off. vi. ex parte. A Melꝰ dic ꝙ ille ē ꝑpetuꝰ vicariꝰ q ꝯſtituitur auctoritate epi ⁊ nō ad tēpus: ex̄ de offi. vica. ad hec. ⁊ iſte hēt cu rā ecclie: ⁊ reliq que ſequūtur. B Vn̄ q̄ ius hꝫ in ecclia: ex̄ de fide. inſtru. ꝑpetuꝰ. Et habēs perpetuā vicariā aliā hr̄e n̄ pōt ex̄ de offi. vica. ꝓuideas. ex̄ de reſcrip. po ſtulaſti. A In dicto. c. ꝓuideas. dicit ꝙ nullus ꝑmittat hr̄e plures vicarias ſimul nec diſtinguit inter ꝑpetuā ⁊ nō ꝑpetuaꝫ. B Nec ſine cā pōt amoueri: ex̄ de offi. vi ca. ad hec. Itē ſi talis vicariꝰ accipiat ali quā eccliam cū cura ꝑdit vicariā. Et debꝫ hr̄e. 25. an. ⁊ ꝓmoueri ad ſacēdotiū ſic̄ ſi eſſet rector ordinariꝰ: alſ ꝑuatus ē: vt in cle. q̄ de ecclijs. ex̄ eo. A Et ibi pꝫ ꝙ hoc ē ve rū quo ad vicarias ꝑpetuas ꝑochialiū ec cleſiaꝝ. B De ordinario aūt rectore ha betur. s̄. eccleſia. 2.

Vtrū ꝑlati poſſint vices ſuas ſub ānuo cēſu ꝯcedere. R̄n̄. Nec epꝯ nec archidia conꝰ nec alius ꝑlatus hoc pōt: ex̄ ne ꝑla. vices. ſu. c. 1. 2. ⁊. 3. Cū. n. tale ius ſpūale ſit nō ē dubiū ꝙ ꝓ eo aliqd dare vl̄ recipe ſi monia ē. A ſm̄ Ray. q ⁊ addit: Vbi aūt aliqd dat vl̄ tenet nō ꝓ iuriſditione: ſꝫ in ſi gnū ſubiectiōis antiq: nō ē ſimonia: vt ex̄ de relig. do. ꝯſtitut. ⁊ i ſū. li. 1. ti. 2. q. 1. B Sꝫ ꝙ epꝯ cōmittat alicui pure ⁊ ſimplicit̄ vices ſuas: ⁊ tali vicario ꝯſtituat ſalariū: n̄ ē ꝑctm̄: ſꝫ potiꝰ ad hoc tenet. 12. q. 2. chari tatē. Et vt dicit Hoſti. ſicut ꝓ cōmiſſione iuriſditionis nō licet recipere certā pecu nie quātitatē: ita multo minꝰ licet recipere quotā. i. ꝑtē ꝓuētus. A Predcis con. Goff. ⁊ Inno. addēs ꝙ ſi ꝑlatus ſic dicēt tu exercebis iuriſditionē talē ⁊ ego ꝓ ſala rio tuo dabo tibi cētum: ⁊ dabis mihi to tum lucꝝ licitum ē: vt in dicta. q. 1. B

Vtrū rector eccleſie poſſit ꝯductori fru ctuū cōmittere vicariā ſiue curam anima rum: vide. s̄. ſimonia. 4. §. pl̄t.

Vtrū vicariꝰ ecclie poſſit alij cōmittere vices ſuas. R̄n̄. Nō pōt: niſi ſic̄ ⁊ delega tꝰ ſubdelegare: de quo vide. s̄. delegare. §. pl̄t. Vicariꝰ quoq̄ epi nō poſſꝫ alteri com mittere abſolōnē a pctis: ⁊ alia q̄ i. d. §. di cunt: q̄ itelligēda ſūt ꝙ nō ꝑt ex iure cōi: ſꝫ bn̄ ꝑt ex ſpāli cōmiſſione: vt hr̄. s̄. ꝯfeſſor. ꝑmo. §. an̄pl̄t. i ſi. A. Cō. ꝑdictis Al. B

Vidua. Quot mōis dr̄ vidua. R̄n̄. ſm̄ Al. Quatuor mōis. Nā ē q̄dā vidua corpe: ſꝫ i honeſta mēte. 1. Timot. 5. Vidua q̄ i deli tijs ē viuēs mortua ē. Et ē vidua corpe ſꝫ nu pta mēte: hꝰ cōꝑat ꝯiugat. Et ē vidua cor pore ⁊ mēte: ⁊ de talibꝰ aplus. 1. Timot. 5. Viduas honora q̄ vere vidue ſt̄. 4º ē mō dr̄ vidua qn̄ tal̄ ē t̄reno auxilio d̄ſtituta. A Et ſic ē vidua mēte ⁊ corpe ⁊ t̄reno auxilio ꝑꝑ paupꝑtatē: cui debet ſubſidiū ab ecclia ꝑꝫ eidē Al. ⁊ i ſū. li. 3. ti. 34. q. 287. B Et iſtis duobꝰ vl̄tis mōis dcis viduis debet fructꝰ. 60ꝰ: de quo hētur Matth. 13. Nā v̄ginibus cōpetit frucꝰ cēteſimus: ⁊ ꝯiuga t̄ triceſimꝰ: vt ⁊ Tho. ponit i. 4. di. 49.

Indicatio vtrū ſit licita. R̄n̄ ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 108. Dicēdū ꝙ ſi itētio vin dicātis ferat ꝑncipalr̄ i malū alteriꝰ d quo vīdictā ſumit: ⁊ ibi q̄eſcat nō ē licita: q: hꝰ ꝑtinet ad odiū qd repugnat charitati qua oēs hoīes debemꝰ diligere. Nec excuſat aliqs ꝙ odit odiētes ſe: hꝰ. n. eēt vīci a ma lo qd apl̄s ꝓhibet: Ro. 12. Si v̄o itētō vī dicātis ferat ꝑncipalr̄ ad aliqd bonū: puta ad emēdationē peccātis: vel ſaltē ad corre ctionē eius: ⁊ q̄etē alioꝝ: ⁊ ad iuſticie ꝯſua tionē: ⁊ dei honorē: pōt vindicatio eſſe li cita: alijs ſeruatis debitis circūſtātijs. hec Tho. ſ. ꝙ fiat ꝑ illū cui licet: vt puta ꝑ iudi cē: obſeruato in oībus iuſto ꝓceſſu: ⁊ iuſta condēnatione. A Nā ⁊ in cauſis iuſt. ſ̄ uādus ē iuris ordo: ex̄ d ſen. exc. ſacro. B Qn̄ maloꝝ iniurie tolerāde ſīt: vide. s̄. pa tiētia. §. 2. Et qn̄o intelligat: q te percuſſe rit in vna maxilla. ⁊c̄. ibidem. §. 3. Qualit̄ etiam vindicandum ſit aduerſus multitu dinem: vide ſupra correctio ꝑmo. §. pl̄t.

c. cleros de off. ... tho. q. liber. 12. ar. 32.

V Irginitas qui ſit. Rñ. ſm Amb. in li. d v'ginitate: Uirginitas eſt expers cōtagionis integritas. Scōm vo Aug. in li. de nuptijs ⁊ ↄcupiſcētia. Uirgitas eſt in cārne corruptibili ppetua icorruptōis meditatō. A Et ex his pȝ q̄ vgitas itegritas ē cārnis atteſtās icorruptōeȝ mētis: vt i ſū. li. 3. t. 3. q. 18. vbi etiā pdcā ponūt. Et dr̄ ppetua: vt nl'lo vnq̄ tpe iteruenēit ēt mētalis corruptō alīs pro illo tempore fuiſſet amiſſa ⁊ nō eēt meditatio perpetua. B

Utrū violētiā paſſe amittāt vginitatē. Rñ. ſm Tho. in. 4. di. 33. Que p violētiā corrūpunt ſiue ab hoīe ſiue a demōe incubo vgitatē nō amittūt: ſi q̄tū pñt renitant ⁊ q̄tū pñt ↄſeruēt corp⁹ a corruptōe: vl' ſaltē mētē a ↄſenſu. Idē Al. A a cubō qd ē ſolidū dr̄ cub⁹ bi: ⁊ eſt q̄dā figura ſolida cēte altitudis: lōgitudis ⁊ latitudis ſm Catholicō. Forte eſt qd dā ſignū nigromanticū. Et idē qd hic nō. in ſū. e. ti. q. 23. Tales tñ nō ↄſecrātur iter vgies: vt i. c. ſe. §. 1. B

Utrū ſola mēte poſſit amitti vginitas Rñ. ſm Tho. ſcda ſcde. q. 152. Cōtingit interdū ex actu mētis cogitātis de corruptione carnis ⁊ itēdētis delectatōeȝ ipſi⁹ experiri: q̄ calor excitet ⁊ ſemē diſtillet: ⁊ tūc ſine dubio vgitas eſt amiſſa. Si aūt corruptio ſiſtat i actu mētis ↄſētiētis: amittit q̄dē virginitas ſm illō formale qd hȝ in mēte: nō aūt rōe ei⁹ qd eſt māle in ipſa. Un̄ tal' nō pt dici vgo niſi mālr. Et iō hec vgitatis amiſſio pōt recupari: nō aūt illa i q̄ etiā illō qd eſt māle ſubtrahit. A dic clari⁹ q̄ ēt ſola mēte amittit vgitas: ſȝ tñ recupabil' eſt: q̄ māſeu obiectū h⁹ vtutis manet. ſ. icorruptio carnis: iō cū redit ad ipſū volūtas redit ⁊ vginitas: vt pȝ in Iohe euāgeliſta: queȝ de nuptijs volētē nubē vocauit dñs vt dic Hiero⁹. Quocūq̄ aūt mō q̄s volūtarie pfectā pcuret pollutōem pdit irrecupabilr vginitas ſm Al. Tho. Ul. ⁊ glo. Ray. vt i ſum. co. ti. q. 24. B

Utruȝ puelle in ānis puerilib⁹ aliqd cārnale ↄmittētes pdāt vginitatē. Rñ. ſm Al. Nō: q̄ nō eſt in eis ↄſiliū delibatō nec etas patit talē delectatōis ipetū. A Hᵒ forte verū añ ſeptēniū cū nōdū ſi doli capaces alīs ſecus. Un̄ Ul. dic q̄ vgitas amittit nō ſolū p quēcūq̄ actū p quē pollutio voluntarie pcuret: ſȝ ēt qñ ſine eo delectatio coit⁹ pficit: ſic faciūt illi q añ etatē vl' tpꝰ ſemis p ſui ipoȝ turpē tactū h⁹ı delectatiōem in ſe pficiūt vel ab alijs: ui eis hoc fieri pmittūt. Alij tñ alr' ſētire vident: vt in ſū. co. ti. q. 19 quoȝ dcm̄ pōt itelligi reſpectu etatis iſantie: vt tactū eſt. Itē ſm Ul. ſȝ aliq dixerit vginitatē recupabilē qñ ↄplet delectatio ſiñ pollutōe pp defectū etatis: tam̄ ↄrm̄ veȝ ē q̄ corruptō nō eſt ex pollutōe: niſi rōe cōiuncte ſibi delectatōis a q̄ oīmodā imunitatē ducit vgitas: vt in ſū. e. ti. q. 24. B

Utrū a patiētib⁹ fluxū ſemis pdat vginitas. Rñ. ſm Tho. ſcda ſcde. q. 152. Semis reſolutio ſi pueniat pter ppoſitū mētis vl' in dormiēdo: vel violētiā illatā cui mēs nō ↄſentit q̄tūis caro delectatōem expiat: vl' ēt ex ifirmitate: vt in hi' q fluxū ſemis patiunt: nō pdit vgitas: q̄ [illegible] pollutio nō accidit p ipudicitiā quā vgitas excludit. A Con. Al. dicēs: q̄ ſūt q̄dā q̄ ad ſimplicē aſpectū viri vel ad locutōeȝ vel ad ↄfeſſionē ēt cū ſint in ppoſito ſcō: vel nolētes peccare diſtillatōem humoris ſētiūt: ⁊ tales nō corrūpunt: eo q̄ nō fit ex ppoſito: nec volūtate ↄpleta. Sȝ tam̄ ſuadēdū eſt eis q̄ ſe tēperēt a viroȝ aſpectu ⁊ cōfabulatione: vt in ſum. e. ti. q. 12. B

Utrū cognite in ebrietate vel ſōno pdāt vgitatē. Rñ. ſm Tho. in. 4. di. 33. Sicut p pollutōem in ſōno nō amittit vginitas: vt nūc dcm̄ eſt. ſimilis ratio ē de mulieribus que in ebrietate vel dormiētes a viris cognoſcūtur: niſi forte hac intentione iuerint dormitum vt a viris cognoſcerent. A vel ēt ſi poſtea placeret eis fuiſſe cognitas: ſicut ⁊ de pollutōe nocturna dic Ul. vt in ſum. e. ti. q. 22. ⁊ poſitū eſt. s. pollutio: in prin. in additione. B

V Irginum cōſecratio. Quare ſolus eps vgines ↄſecrat. Rñ. ſȝ Tho. in. 4. di. 38. Sicut per matrimoniuȝ carnale repñtatur matrimonium ſpūale īter xp̄m ⁊ eccleſiā q̄tū ad fecūditatē: ita p velatōem virginum repſentat idē matrimoniū ſpūale q̄tū ad ei⁹ itegritatē: vt pȝ per oīa q̄ ibi pferunt ⁊ gerūt. Et pp hoc ſolus eps vgines velādo diſpōſat nō ſibi: ſȝ xp̄o quaſi ſpōſo panymphus ⁊ amicus. Et quia integritatis ſignificatio plene poteſt eē ſolū in cōtinētia vginali ſȝ ſemiplena in viduali: pp hoc viduis dat aliqd velū: ſed nō cū illa ſo

tria Requirunt ad Virginitatē. i. aſidua voluntas nunq̄ experiendi delectatio ē venerea q̄ eſt form ale · p̄ncipale. 2. materiale. ſ. delectatio ſ carentia apetit⁹ ſenſitivi in illo actu cui⁹ privatio Requir ad Virgi · 3. q̄ſi p actidēs et concomitanter. ſſ. corporis integritas. quib⁹ duob⁹ ultimis ſi in vict⁹ caret non pditur hec tho. quolibet. 6. ar. 17. ubi q̄rit an quis poſit eſſe Vgo et pater ſimul [illegible]

lēnitate qua v̓ginib9 ńs daꝛ. A Idem i sū. li.3.ti.3.q.14. B

Utrū violenꝛ corrupte debeāt cōſecrari. Rñ. ſ3. Al. L3 tales virginitatē non amittant nec virginitatꝭ aureolā: nō tñ cōſecrāꝛ Et rō ē: q2 in illo actu difficile ē ira reniti φ volūtas nō alliciat aliqualē ꝯſēſu3. Vñ cū de pleno diſſēſu ꝯſtare non poſſit eccle: iō ſtatutū ē vt tales hūiliter abſtineāt a ꝯſecratōe. 32. q. 5. ille familie. 7 15. q. i. ſigs nō iratus. Con. Tho. in. 4. di. 32. 7. ſcōa ſcōe. q. 152. A Idem i sū. eo. ti. q. 18. ad fi. B

Utru3 poſſint ꝯſecrari occulte corrupte, q̄rū ꝯſecratio ſine ſcādalo itermitti nō pōt Rñ. ſm Tho in 4° di. 33. Occulte corrupte: ſiue av' iris: ſiue alio quocūq3 mō nullaten9 velāde ſūt: q2 ꝑpꝛ ſcādalū vitādū non debēt ſacr̄a eccliē vl' ſacr̄alia variari. S3 ſicut gdā dicūt pōt aliq̄ cautela adhiberi ad vitādū ſcādalū: vt. ſ. illa q̄ non ſūt de ſuba v̓ginal' veli fiant: vt ē accēſio cādelaꝝ 7 h9i vitatꝭ occulte illis q̄ ſūt de ſuba: puta v̓ba q̄ dicunꝛ in veli ipoſitōe: 7 nomē v̓ginitatꝭ in caſtitatem mutetur: 7 h9i. Con. Al. ſili: 7 Hoſti. 7 Gof. Nec ē tenēda ſnia Guil. que aliud dicit. A Idē i sū. eo ti. q. 17. vbi etiā addiꝛ φ carne corrupte ex diſpēſatōne epi vel ei9 cui ſup hoc vices ſuas ꝯmiſit pñt ſuſcipere modū veli v̓gialis: nec hoc ip3 lic3 ſine diſpēſatōe: ſ3 velū v̓ginū nllo mō lic3 ſuſcipere. Et ſubdiꝛ: Caue tñ tibi a glo. hic q̄ aliud dicit: 7 glo. Ray. φ occulte corrupte añ ꝯſecratiōē vel poſt debēt hūiliꝛ abſtinere ab h9i officiis q̄ ſolis v̓ginib9 ꝯſecratis ſolēt ſ3 cōſuetudine3 mōaſterii ꝯpetere donec cū eis fuerit ſup hoc p ep3 diſpēſatū: Nō tñ h9i v̓gines ꝯſecrate ordie3 alique3 habent. B

Utrꝝ i ꝯſecratōe v̓ginū deꝛ gr̄a. Rñ. ſm Tho. vbi. ſ. In ꝯſecratōe v̓ginu3 ſic 7 i vnctōe regū 7 h9i bñdictōib9 aliis daꝛ gr̄a niſi ſit ipedimētū ex pte ſuſcipiētꝭ. S3 h tñ nō dicunꝛ ſacr̄a: q2 nō ſūt iſtituta ad curatōem morbi pctī: ſicut ſunt ſacramenta. A Idē in ſum. eo. ti q. 16. B

Quo tpe poſſit fieri v̓ginū cōſecratio Rñ. ſ3 Hoſti i die ephiaꝝ: 7 i tota hebdomada ſ̄ſurrectōis: i natalib9 apl̄oꝝ: 7 i dieb9 dñicꝭ: ſ3 tñ neceſſitate puta lāguore imunēte pñt quolib3 tpe ꝯſecratio. 20. q. i. duoꝭ. ex̄ d tēp. ordi. c. i. A Con. Gof. vt i ſum. eo. titu. q. 15. B

## V Is et metus.

Uis ē maioris rei ipetus q repelli ñ pōt. ff. φ met9 cā. l. 2. De metu aūt gd ſit: vide. ſ. met9. §. i. Utrꝝ vt liceat vi vi repellere: hēs. ſ. bellū. i. §. 6. 7. ſ. excōicat9 2. §. 2. v̓. 9. 7. ſ. homicidium. i. §. 5. Que ē vis vel met9 excuſans: 7 met9 q cadit in cōſtātē viꝝ. ſ. met9. §. 2. 7 qūo ipediat mr̄imoniū. ſ. impedimētum. x.

## V Iſitatio.

Archiepꝭ epꝭ vl' ali9 plat9 viſitās eccliās pmo ꝑponet verbū dei: 7 q̄ret de vita 7 cōuerſatiōe miniſtrātium i ecclīis abſq3 coactōe iuramēti ſ3 ſalubꝛ monēdo. Si quoꝭ iuenerit i fames: ſi ipſe nō ē ordinarius denūciet ordinario. Notoria ſi iuenerit corrigat. A cū ſup his merito notari poſſit ordiarioꝝ negligētia: cū examiatōe ñ egeant: vt i. c. qd ſeqꝛ. B ex̄ de cēſi. romana. li. 6.

Utrꝝ viſitans poſſit recipe 7 exigere ꝓcuratōe3 a locis viſitatꝭ. Rñ. Sic. extra de cēſi. romana li. 6. Et poteſt recipere a volēte dare pecuniā ꝓ ſūptib9 moderatis dieb9 gb9 viſitat: ſed nō licet niſi vnā ꝓcuratiōnē recipe vna die ēt ſi plura loca viſitet 7 glibet locus ſit ſufficiēs: ex̄ de cenſi. felicis li. 6. Qd ſi ep̄us viſitet p aliū: viſitati etiā teneꝛ miniſtrare expenſas viſitanti: ex̄ de offi. ordi. ſi ep̄s li. 6. Sed ep̄s nil prorſus pōt exigere ab his quos nō p ſe viſitat: vt ibidem dicitur.

Utrꝝ viſitans poſſit recipere pecuniam Rñ. Si ipſi vel ſui familiares recipent pecuniā vel munera pter id qd nūc dictū eſt: ſeu ēt ꝓcuratiōnē reciperet nō viſitādo: ipē teneꝛ. A . ſ. recipiens: vt i. c. exigit de quo . ſ. B duplū reſtituere illi eccleſie. A . ſ. a qua eſt receptū: vt. ibi. B . ſ. mēſem: alioquin epi 7 ſuperiores differetens ſic reſtituere ſunt interdicti ab ingreſſu eccleſie: iferiores ſūt ſuſpenſi ab officio 7 beneficio quouſq3 plenarie ſatiſfaciant: 7 nulla remiſſio hic valet. A . ſ. eorum gb9 faciēda ē reſtitutio: vt i. c. qd ſeqꝛ. B ex̄ d cēſi exigit li. 6.

Qūo 7 quotiens archiepꝭs poſſit ꝓuinciā ſuā viſitare. Rñ. pmo teneꝛ viſitare dioceſim ꝓpriam erga eccleſias maiores 7 minores 7 eaꝝ populos ſaltē ꝯuocādo de pluribus locis ad vnū congruū. Poſtea l3 ei viſitare ſuffraganeos 7 eoꝝ dioceſes: ſ3 vna dioceſi viſitata in toto vel in pte nō pōt ad eā viſitandam reuerti niſi oēs 7 ſua iteꝝ ſus

ſunt viſitate. A .ſ.quas ſecure viſitare po
terũt etiã ſi iã denuo fuerint viſitate: vt in.c.
romana de quo.ſ. B Sʒ ſi forte aliq̃ ec-
cleſia viſitate dioceſis indiguerit iterũ prius
predictis alijs viſitari: tũc põt redire ad illã
ſi a dioceſano fuerit requiſitꝰ: vl' de ↄſilio ⁊
aſſenſu oĩuʒ ſuffraganeoꝝ aut maioris par
tis: aut ſi difficultatẽ adhibuerint cõfidenſ
petat lĩam a papa. Sed poſt viſitatõeʒ oĩuʒ
dioceſũ licitũ eſt viſitationẽ iterare ꝑus tñ
requiſito ſuffraganeoꝝ cõſilio ⁊ delibera-
tione : ⁊ diffinitione ipius ſup hoc habita
corã eis. A .ſ. ipſius archiepi: ẽt ſi ſuffra
ganei non cõſentiãt: vt pʒ ex tex. ⁊ glo. dicti
.c. romana. ⁊ hic ſequit. B Que ſunt re-
digenda ſcriptis: ⁊ tunc poterit viſitare ẽt ſi
ñ interueniat ſuffraganeoꝝ aſſẽſus: ita tñ ꝙ
illa loca prius viſitet q̃ in ꝑori viſitatõe nõ
fuerũt viſitata. A niſi magis ſit alijs viſi-
tationis officiũ opportunũ: vt in.c. de quo
ſtatim. B Hec oĩa extra de cenſi. roma-
na. li. 6. Et hãc formã ẽt eps viſitãs ſuabit
vt ibi dicit. A Ubi ẽt dicit de alijs plãtoꝝ
dinario iure ſuos ſubditos viſitãtibꝰ: ſaluiſ
ſup hoc rõnabilibꝰ ⁊ approbatis religioſoꝝ
ↄſuetudinibꝰ ⁊ reglaribꝰ iſtitutis. B Uiſi-
tari debẽt p ordinarios mõaſteria mõialiũ
ẽt exempta: vt. ſ. exẽptus. §. fi.

# Vitium.

Uitia capitalia ſũt .7. ab vna radice ꝓceden
tia. Nã ſʒ doctrinã Greg. 31°. mo
raliũ: radix totiꝰ mali ẽ ſupbia: ⁊ de hac na
ſcũt. 7. vitia. ſ. ianis glia: inuidia: ira: triſti-
cia: auaricia: gula: ⁊ luxuria. De iani gloria
ſm eũ. 7. filie oriũt. ſ. iobediẽtia: iactãtia: hy
pocriſis: ↄtentio: pertinacia diſcordia: no-
uitatũ ꝑſũptio. De inuidia naſcũt gnqʒ. ſ. o-
diũ: ſuſurratio: detractio exultatio i aduer-
ſis ꝓximi: ⁊ afflictio i eiꝰ ꝓſpis. De ira na-
ſcũt. 6. ſ. rixe: tumor mẽtis: cõtumelie: cla-
mor: idignatio: ⁊ blaſphemia. De triſticia
ſiue acidia oriunt. 6. ſ. malicia: rancor: puſil
lanimitas: deſpatio: torpor erga ꝑcepta: va
gatio mẽtis circa illicita. De auaricia naſcũt
6. ſ. ꝓditio: fraus: fallacia: piuriũ: igetudo
⁊ ↄ̃ miſericordiã obduratõ cordis. De gula
oriũt. 5. ſ. iepta leticia: ſcurrilitas: imũdicia
multiloqũ: ⁊ hebetudo ſẽſuũ. De luxuria na
ſcũt. 8. ſ. cecitas mẽtis: icõſideratõ: icõſtãtia
ꝑcipitatio: amor ſui: odiũ dei: affectꝰ ꝑſentis
ſeculi: horror ⁊ deſpatio futuri. Hec Greg.
De materia vitij: hẽs. ſ. penĩ. ⁊. ſ. crimen.

# Vitiatus corpore.

Ui ta vi
tia corporal'a olim in veteri teſtamẽ
to ſpellebãt ordinãdos: vt pʒ Leuit. 21°. vt
ſi aliquis hẽbat grandẽ vl' paruũ vl' tortuʒ
naſũ: ſi gibbũ: ſi lippitudinẽ: iugẽ ſcabiẽ: im
petiginẽ: vl' põderoſus: ſʒ iſta hodie ñ repel
lũt. 7. q. 1. qualit i fi. A Ibi nõ videt bene
ꝓbari hoc ſed potiꝰ ex eo q a iſtituta fuerũt
i figura: vt pʒ in. c. ſeq̃ntibꝰ. A niſi forte ſʒ
aliquã ſignificationẽ itellecta: vt diſ. 49. hic
eteni. ⁊. c. ſacerdotes. Et ſm ꝙ ponit Ray.
qcũqʒ clpa ſua vitiatꝰ ẽ corpe repellit ab or
dine: q vo ſine culpa nõ repellit niſi ſcãda
lũ timeatur ex nimia deformitate : vel peri
culum: ex nimia debilitate. A Con. Ul. vt
in ſũ. li. 3. ti. 18. q. 1. ad finẽ. Et hoc ñ itelligit
de oĩ corporis vitio: ſʒ de notabilibꝰ de qbꝰ
in ſequentibus tangitur. B

Quid de mutilatis vtꝝ poſſint ordina-
ri. Rñ. Mutilati ſpõte ſine iuſta cã: vt ex in
dignationẽ: ipatientia: vel ſupbia idiſtincte
i quocũqʒ mẽbro ſiue a ſe ſiue ab alio: ſpel
lũt a ꝓmotiõe: ⁊ deijciũt ꝓmoti ẽt ſi crede
bãt ſe obſeqũ preſtare do: vt q a ſe caſtraue
rũt: ex eo. ſignificauit. A Et ibi nõt glo.
ꝙ eps põt cũ talibꝰ diſpẽſare qñ putabant
ſe deo obſeqũ ꝑſtare: in alijs tñ a miſſa. B
vt dictũ ẽ. ſ. homicidiũ. 5. §. fi. Et ſʒ Inno.
idẽ ẽ ſi nõ amiſit mẽbꝝ totũ: ſʒ talẽ ptẽ que
deformitatẽ generaret vñ ſcãdalũ eẽt: ex. e.
c. 1. vel ẽt inhabilẽ redderet ad offĩn exeq̃n
dũ: ex eo. Thomas. Si vo ex iuſta cã: puta
ꝓpt lepre piculũ aliq fecerũt ſibi mẽbꝝ ali-
quod ãputari ſeu amputauerit ne alia ſana
putreſcerẽt: hi ſi mẽbꝝ erat occultũ vl' etiaʒ
manifeſtũ ſʒ paruũ: vtputa vnꝰ digitꝰ: non
de illis cũ qbꝰ fit ſignũ crucis: nõ repellũt
nec deijciũt. Silr ſi talit ſunt nati vel inuiti
ſic mutilati ſũt: aut caſu fortuito cũ darent
opã rei licite: ſecus ſi rei illicite: diſ. 55. ſiqs
abciderit. ⁊. c. q ptẽ. ⁊. c. ſiqs a medicis. ⁊. c.
eunuchꝰ. ⁊. c. ſiqs ꝓ egritudine. ⁊. c. lator.
⁊. c. precepta. ⁊ ex de corpore vitia. ſignifica
uit. ⁊. c. ex pte. Si aũt ex culpa ſua icidiſſet
in modicã deformitatẽ: ex miſericordia to-
lerat i ſuſceptis ſ. ex diſpẽſatiõe epi ſʒ In
no. ⁊ Ber. A Ad hoc facit. c. 1. ex de cor.
viti. B Si aũt mẽbꝝ erat magnũ ⁊ mãi
feſtũ ẽt ſi ſine culpa ſua amiſit qs: ipedit a ꝓ
motiõe ꝓpt deformitatẽ ⁊ ſcãdalũ: ⁊ ſi pro
motus ẽ dʒ ceſſare a miſſa: ⁊ alijs ſolẽnibꝰ

officij ꝓpꝫ eādē cauſam: a beneficio tñ nō remouebit: q2 nō dꝫ addi afflictio afflicto di.55.ſi euangeliſta.7.q.1.cū pcuſſio.dabitꝫ tñ ſibi coadiutor: ſi tale bñficiū ē cui ipſe deſuire ñ poſſit: ex̄ de cle.egro.c.2. ¶ Idē in ſū.li.2.ti.1.q.42.vbi ēt pꝫ ꝭm Hoſt.ꝙ iſte q ſine culpa amiſit mēbꝝ ſolū ꝓhibetꝫ a miſſa ꝛ ſolēnib9 officijs: nō aūt ab alijs ſacerdotalib9 que poſſit exercere: vt penitentias dare ꝛ ſimilia: ex̄ de cle.egro.pſbyteꝝ. Itē ꝭm Goff. qñ dubitatꝫ vtꝝ deformitas generet ſcandalū: recurritꝫ ad arbitriū epi: ex̄.e.c.2. Itē ꝭm Ray. ꝙ vbicunqꝫ ſcādalū ſuſcitatꝫ ex homicidio vł deformitate alicui9 ſi talis ēt caſus eſſet in quo de iure poſſet ꝓmoueri vł miſtrare in ſuſceptis debet tñ ꝓpter ſcandalū ceſſare. Et ꝙ clericus ēt cauſa medicīe nō dbet ſe mutilare: lꝫ ēt ſit chirurgic9 niſi imineat neceſſitas ꝛ ali9 dſit. B

Vtꝝ claudus nāliter ꝛ alij h9i poſſint ꝓmoueri. Rñ. Claudū admittit ꝯſuetudo: niſi talis ſit ꝙ ſine baculo ad altare ſtare ñ poſſit: ar de cōſe.di.1.nullus.ꝛ.di.45.diſciplina. Cecū vel habētē in vno oculo maculā q̄ generet deformitatē nec ius nec cōſuetudo admittit: ex̄ eo.cū de tua. ¶ Tñ ꝭm glo. Ray. habens maculā in oculo facili9 ꝓmouetꝫ in religiōe q̄ȝ i ſeclo: vt i d.q.42. vbi pdcā nō ꝭm Ray.q ēt addit: ꝙ ſilr nō admittitꝫ habēs manū aridā. B De ſacerdote leproſo: vide.ſ.leproſus.§.fi. De gibboſis ſciēdū ꝙ nō repellūtꝫ ab ordinib9 niſi nimia ſit debilitas aut deformitas. Qui hꝫ ſex digitos in pede ꝓmouetꝫ: ꝛ ꝭm Hoſtiē. ēt ſi i mānu: vł ſi hꝫ digitos ꝯiūctos dūmō ex his nō ſit ipedimētū in vſu mēbri.ff.de edili.edic.l.idē offilius. ¶ Idē i ſū.eo.ti.q.43.ꝛ ſe. vbi ēt pꝫ ꝙ leproſus ad ſacros ordines nō debet ꝓmoueri: ſꝫ ſi pri9 fuerit ꝓmotus pōt aliquādo miſtrare: vt ꝛ dicitur in dicto.§.fi. B

Quid de furioſis lunaticis ꝛ caducis Rñ. ꝭm Guil. Nullus talis dꝫ ꝓmoueri ēt poſtq̄ȝ fuerit liberat9: ſꝫ ſi ꝓmot9 fuerit ex toto liberat9 poterit exeq officiū ſuū. Si vo nō oio ex toto: ſed frequēter ei accidit omnino debet ceſſare ab officio miſſe.7.q.2.in litteris. Idem ſi raro ſꝫ cū ſpumie iactatione ꝛ vocis ꝯfuſione. Si vo raro ꝛ ſine talibus nō ꝓhibetꝫ ab officio miſſe: dum tñ habet iuxta ſe aliquē ſacerdotē: vt ſi ille cadat vel dficiat iſte ſuppleat.7.q.1.illō. Quāto autē tpe debeat expectari ad ꝓbandū tales vtꝝ ſint liberati ꝛ q̄liter: colligitꝫ ꝙ p annum.33.di.cōit. Alibi p.30. dies.7.q.2.c.fi. Sꝫ ꝛ pōt dici ꝙ tps ꝓbatōis arbitrariū eſt penſatis ꝯditionib9 morbi ꝛ pſone. ¶ ꝛ dignitatis ꝭm eūdē Guil. ꝛ in ſū.eo.ti.q.45.vbi hec notantꝫ. B

Quid de demoniaco. Rñ. ꝭm Guil. Eodē modo talis nō debet ꝓmoueri vel ordinari: ꝛ ſi ordinatus erat ēt liberatus miſſaȝ celebrare nō debet: niſi plene ꝛ indubitāter curat9 ſit: di.33.cōit.ꝛ.c.vſqꝫ adeo. ¶ cōiuncto.c.clerici ea.diſt. Hec ēt nō.in dcā.q.45. B De tpe aūt expectationis dicēdū vt in ꝓximo.§.dictū ē. De illo aūt q nullo modo poteſt bibere vinum: habes.ſ.ordinādus.§.18. ¶ Potius videtꝫ.v.in.§.16. vbi hētꝫ: ꝙ talꝫ ñ ē ordinādus: quod ēt nō.i dcā.q.42.ad fi. B

Eps ſenio vł valitudine corporali grauatus vel alꝫ adeo impedit9 perpetuo ꝙ officium ſuū nequeat exercere: pōt de conſilio ſui capituli vel maioris partis aſſumere auctoritate aplica vnū vel duos coadiutores ad officiū exequēdū. Si vo eps fuerit demens tūc caplm vel due ipſi9 ptes vnū vel duos coadiutores ei aſſumēt eadē auctoritate. Qd ſi eps granat9 vt dictū ē pri9 nollet ſumere nec habere coadiutorē: lꝫ a capitulo regſitus ſit nihil p caplm inouetꝫ: ſꝫ in hoc caſu ꝛ ēt i caſu quo eſſet demens caplꝫ ſignificet pape ꝯditionē eiuſdē epi ꝛ eccleſie. Porro coadiutor pdictus dꝫ de ꝓuentib9 plātoꝝ recipe ſumpt9 moderatos ab alienatione abſtinēdo. ¶ .ſ.qualibet bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ tā eccleſiaꝝ q̄ȝ ipoꝝ prelatoꝝ: vt i.c.paſtoralis.de quo.j. B Et que dcā ſunt de epo hñt ēt locū in ſupioꝝib9 plātis: ex̄ de cle.egro.paſtoralis li.6.

## V Nctio extrema.

Extrema vnctio ſcꝫm ē q2 ptingit ad effectū q ē curatio morbi peccati: vt ex vbis Iac.vlt.ca.pꝫ. ¶ Et de hac latius.ſ.ſacramentū in prin.ꝛ.§.1.ꝛ.2. B Et eſt vnū ſacramentum licet plures actiones ſint de ei9 pfectione: que tamen conueniunt ad vnum ſignificandum ꝛ cauſandum. Hec eſt ſnīa Tho.i 4.di.23. ¶ Et ſic vnū ſūt vnitate pfectionis ꝛ finis ēt ꝭm Pe. ꝛ Al. vt in ſum.lib.3.titu.24.q.139. B

glo.in.c.epi apli.2.q.7.

unctio extrema

Que ē mā huiꝰ ſacramēti. Rn̄deo ſm Tho. vbi ſ. Materia ē oleū oliue ab epo cōſecratū: ⁊ tale oleū ⁊ eius cōſecratio ſūt de neceſſitate huius ſacramenti. A Con. Pe. vt in ſum. eo. q. 141. B

Que ē forma huius ſacramēti. Rn̄. ſʒ Tho. vbi ſ. Forma ē oꝛo dep̄catiua dicendo: Per iſtaʒ ſā ctaʒ vnctionē ⁊ ſuaʒ piiſſimā miſericoꝛdiā indulgeat tibi dn̄s qcqd deliqſti p viſū ⁊c̄. Verba etiam indicatiui modi que ſm moꝛē quarūdā eccliaꝝ p̄mit tunt oꝛoni: nō ſūt de ſubſtātia ſacramēti: vt p̄mittēdo ſic: Ungo hos oclos oleo ſāctificato in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſp̄us ſci. A Con. Pe. ⁊ Al. vt in dcā. q. 141. B

Quis effectus extreme vnctiōis. Rn̄. ſm Tho. vbi ſ. Effectus eius principalis ē quedā ſanatio ſp̄us que datur cōtra quandā debilitatē vel ineptitudinē que i nobis relinqtur ex pctō actuali vel oꝛiginali: contra quā debilitatē hō roboꝛatur p hoc ſacramētū. Et qꝛ hoc robur gratiā facit que ſecū nō cōpatit peccatū: iō ex cōſeqn̄ti ſi inuenit peccatū aliqđ vēiale vel moꝛtale quo ad culpā tollit ipʒ dūmodo nō pōat obex ex pte recipientis. Secūdarius etiā effectꝰ ē ſanitas coꝛpoꝛalis. Hāc tn̄ nō inducit niſi ſm ꝙ expedit ad finē p̄ncipalē. ſ. ſp̄uales ſanatiōeʒ: ⁊ tūc ſēp eā inducit dūmō nō ſit impedimētū ex pte recipiētis. Et lʒ in ipſo ſiāt multe vnctiones: vltima tn̄ ē foꝛmalis reſpectu oīuʒ p̄cedētiū ⁊ agit i virtute eaꝝ: ⁊ iō in vltima vnctione gratia īfūditur que effectū ſacramēti p̄bet. Charactareʒ autē hoc ſacramētū nō imp̄mit: qꝛ p ipʒ nō deputatur hō ad aliqđ ſacrū agēdū vel ſuſcipiēdū. A Idem in ſū. eo. ti. q. 142. B

